This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600005899.

30. 948.

PLATONIS

DIALOGI IV

MENO CRITO ALCIBIADES UTERQUE

CUM

ANNOTATIONE

CRITICA ET EXEGETICA

EDITIO QUINTA.

CURAVIT

PHILIPPUS BUTTMANNUS Dr.

BEROLINI

SUMPTIBUS AUGUSTI MYLII

MDCCCXXX.

LECTORIBUS.

Quattuor hi dialogi ita junctim prodierunt primum a. 1780, hortatu regii administri Lib. Bar. a Zedlitz, cum anno superiore Fridericus Magnus Auctores Classicos tum latinos tum graecos, accuratius in scholis tractari jussisset *). Auctor autem fuit *Engelius* ut e libris Platonicis hi potissimum dialogi eligerentur, quippe in quibus tractandis philosophicae disciplinae studium cum veteris linguae aptissime conjungi posse censeret. Edendi curam susceperat J. E. Biester, vir cum paucis mihi memoria semper colendus: qui pro sua modestia socios aliquos sibi assumpsit, quorum postremus accessi ego (Ed. 3. Berol. 1811.).

Quod meliora hodie dare possumus, id debetur talibus moderatoribus, qualem summus rex in illo suo decreto se exhibuit; debetur tali virorum optimorum studio: quorum non solum in memoriam sed in optimam ipsorum voluntatem peccaremus, si quae minus perfecta *ipsi* dederunt superstitiosi retineremus. Itaque me solum nunc aequis judicibus sisto: ad meam mentem totum librum adornavi, decessorum autem meorum annotata sicut ceterorum omnium excerpsi. Textum ad Bekkeri codices constitui; de qua re in Indice Adminiculorum huic praefamini subjecto rationem reddidi. *Indicem verborum* et rerum grammaticalium, cum, qualem ante

*) Mandati illius regii tria erant capita haec: *primum*, ut scriptores hi quam diligentissime cum juventute legerentur in majoribus scholis, quae in praecipuis cujusque provinciae urbibus essent; *tum*, ut viri docti incitarentur ad vertendos illos germanice, quae res et ad studium linguae patriae, quod graviter Rex commendabat, et ad intelligendos hos ipsos scriptores multum esset collatura; *denique*, ut scriptorum non vocabula tantum graeca aut latina juventutis memoriae, sed res, sententiae, tractationis modus, doctrina, et quae reliqua occurrunt, intelligentiae traderentur. Adeat qui verba ipsa summi auctoris, quae non sine amore et veneratione legi possunt, cognoscere volet, librum Friderici Nicolai, Anekd. v. K. Friedr. d. Zw. V, p. 33.

hos XXX annos confeceram, post secundam etiam dehinc manum ei admotam, juvenilibus mendis ille adhuc scateret, totum novum feci, deque multis quorum tractatio annotationem incommoda mole auxisset, in illo disputavi.

Restat ut de mendo moneam, quod inde a Bipontina omnibus editionibus insedit, Alcib. I. 38. b. *μηδὲ τοῦτο ἂν ἡμῖν ἄῤῥητον ἔχω.* Haec cum in Bekkeri quoque textu invenissem, codicum cum Stephaniana consensu niti credebam, et, quod potui, Astii notula astruebam. Sed nunc demum Bekker animadvertit, molestum illud *ἄν* primum legi in Editione nullius, ut constat, auctoritatis Lugdunensi vel Laemariana, quam Bipontini editores, rati sincerum illa Stephanianum textum contineri, typographo exscribendam tradiderant. Jam cum eadem de Bipontino textu opinione ducti recentiores omnes hunc suis editionibus substernerent, propagatum est mendum usque in hanc meam novissimam. Non semel autem hoc in illis textibus admissum esse Bekker mihi asseruit, aliudque idem mihi exemplum indicavit in Charmide p. 157. b., ubi mendum Stephanianum *κατέρου* in Laemariana correctum est ita, *θατέρου*, quod in omnes inde edītt. meavit loco ejus quod solum sententiae aptum est, *ἑκατέρου*. Quare in usu et hujus et Bipontinae cavendum in posterum erit diligentius, quam factum a Stallbaumio, in novissima editione inque commentariis eorundem errorum socio ignaro. Scriptum Berolini A. 1822.

In adornanda hac quinta editione in minuendis mendis segnis non fui. Si tamen aliqua, quae a Bekkeri textu recedunt, deque quibus monuit Stallbaumius, servata hic invenientur; me mordicus illa retinere nemo credat. Satius enim duxi de lectionibus et sententiis, quae aliis displicerent, quaeque tamen rationibus non plane contemnendis defensa mihi viderentur judicium permittere ipsis harum rerum studiosis. Berolini A. 1828.

Recensio

praecipuorum hujus editionis adminiculorum.

Codicum Platonis *manuscriptorum* largam copiam contulit indefessus in hoc labore *Imm.* Bekker, qui varietatem lectionis inde excerptam in editione sua publicavit. Accedebant pauci codd.: in quibus est quem primum omnium nomino

Cl. Clark. — Clarkianus, ab E. D. Clarkio ex Insula Patmo in Angliam perlatus ubi nunc Oxonii inter Bodlejanos thesauros asservatur. Continet is minorum Platonis operum longe plurima, inque illis quattuor quos his libellus complectitur dialogos. Varietatem lectionis summa diligentia inde excerptam seorsum edidit *Tho. Gaisfordus* in libello cui titulum fecit; *Lectiones Platonicae e membranis Bodlejanis etc. Oxon.* 1820. 8. hujusque solius codicis varietatem Bekker quoque in editione sua ceterorum a se ipso collatorum codicum lectionibus immiscuit, signatam sigla 𝔄. Sane codex eas, quae motae de eo erant, expectationes non explevit; lectiones multas manifesto vitiosas is quoque tenet; et in quoque dialogo socios aliquos e ceteris codd. habet qui pleraque eadem praebent. Sed hi merito optimi censentur: nam quamvis mendosi sint ut ceteri, certiorem tamen antiquitatis characterem et pauciora adulteratae lectionis vestigia gerunt in omnibus quae propria habent. Facile autem ex magno, in minutis etiam aberrationibus, consensu apparet, derivatos esse paucos hos, quos optimos vel primarios vocare soleo, ex uno eodemque inter deperditos codice: qui tamen et ipse multis locis jam deflexisset a vera lectione, in ceteris codd. nobis investiganda. Ex primariis autem illis praemium vetustatis Clarkianus aufert, quod multis scripturae indiciis, et maxime jam satis decantato illo ει secundae personae, sibi vindicat. — Ceteri codd. quorum mentionem facio sunt

Parisienses Bekkero signati solis litteris BCDEFGHS; mihi sic: Par. B, Par. C, cet.

Coislinianus, Bekkero Γ, et

Huetianus Bekkero Ψ, uterque itidem Parisiis etiamnum asservati.

Vat.

Vat. (vel *Vat.* 1.) Vaticanus, Bekkero *Δ*.

Vat. 2. Vaticanus, Bekkero r.

Veneti, Bekkero signati *ΞΠΣ*, mihi Ven. *Ξ* etc. nisi quod Venetum *Π*, qui in optimis est, etiam simpliciter Ven. signo. Hic autem idem est quem ad Alcibiadem utrumque Nurnberger (vid. infra) jam contulerat.

Vind. (vel *Vind.* 1.) Vindobonensis, Bekkero *Υ*, idem cujus varietatem ad Menonem, Alcibiadem I, Phaedonem, Phaedrum *Alter* jam publicaverat in ed. horum dialogorum Vienn. 1784. 8.

Vind. 2. Vindobonensis, Bekkero *Φ*.

Ambrosianus, Angelici duo, *Palatinus;* Bekkero r u v b.

Tub. Tubingensis, cujus varietatem ad Critonem Fischer (v. infra) excerpsit.

Ciz. Cizensis, cujus excerpta dedit Müller in Notit. Codd. Numburgo-Ciz. Lips. 1806. 8. p. 16.

Justam plerorumque horum codicum notitiam invenies ap. Bekkerum primo Platonis et priori commentariorum volumini praemissam. Ego breviter tantum hic indicabo eos, quorum in quoque horum dialogorum usus mihi fuit.

Et in *Menone* quidem primarii codd. sunt Clark. et Vat.; secundarii Coisl., Par. E F, Vat. 2.; ceteri Par. B C, Ven. *ΞΣ* Vind. 1. Palat. Ambr.

In *Critone:* Primarii Clark. et Ven. *Π*; secundarii Vind. 2. Tub. Par. D E S, Coisl. Huet.; ceteri Par. B C H, Ven. *Ξ*, Vind. 1. Angelic. 1.

In *Alcib. I.* Primarii Clark. Vat. Ven. *Π*: secundarii Coisl. Par. E F; ceteri Par. B C H, Ven. *ΞΣ*, Vind. 1. Ciz.

In *Alcib. II.* Primarii Clark. Vat. Ven. *Π*; secundarii Coisl. Paris. E F G; ceteri Paris. B C, Ven. *ΞΣ*, Vind. 1. Ang. 1. 2.

Hos codices singulos non memoramus nisi ubi unus vel pauci aliquid privum notatu dignum habent. Ubi quid e pluribus simul codd. afferendum est, simpliciter *codices*, vel codices *plurimos*, vel *optimos* excitamus. Et optimos quidem, nisi numerum addimus, qui ad primarios semper refertur, tunc appellamus, cum lectio quaedam in primariis et in parte secundariorum est. Hoc enim ex hujus editionis ratione sufficere apparet: quae ad pleniorem crisin pertinent, ea ex Bekkeri annotatione noscent studiosi. Multas etiam lectiones a vulgata recedentes tacitus admisi: in quo hanc tamen mihi scripsi legem, ut si quid a Bekkero adoptatum idonea codicum auctoritate niti et ipse judicarem, res ipsa autem aut clara et facilis aut certe levis videretur, tunc nihil prorsus annotarem: sed ubi a Bekkero recedendum censerem, sive vulgata lectione servanda, sive ubi ille eam retinuerit, codicum aliqua scriptura ex meo judicio praeferenda, tunc paucis ubique certiorem de his lectorem facerem.

In quinta hac editione acquievi in his copiis, quas sat magnas esse vel experientia docuit; ita tamen ut, quibus *Stallbaumius* editiones suas ex illo tempore codicibus, *Florentinis* et *Vindebonensibus*, instruxisset, earum varietates diligenter conferrem: unde factum ut partim novas quasdam lectio-

lectiones illis debeam, codici maxime *Flor. x* optimo (e. g. Men. 26), aliis non satis commendatis auxilium inde nunc venerit.

Editiones et Virorum doctorum Annotationes.

Editiones antiquiores: *Aldina* Venet. 1513. f. *Basileensis prior* 1534 f. *Basil. posterior* 1556. fol. multis novis lectionibus e codd. ms. insignis.

— *Stephaniana* Paris. 1578. 3 Voll. cum notis crit. Henr. Stephani. Numeri paginarum hujus editionis in margine Bipontinae et nostrae editionis notati sunt.

— *Bipontina* 1781 — 87. XI Voll. 8. cum excerpta annotatione critica.

— *Bekkeriana* Berol. 1816 — 18. VIII Voll. 8. ex collatione codicum ms. quam plurimorum concinnata. Commentaria critica, accedentibus Scholiis II Voll. 1823. 8. Nos hunc editorem plerumque sigla Be. signamus.

— *Stallbaumiana* (Godofr. Stallbaum.) Lips. VIII Voll. 8. ad fidem codicum Florentt. Pariss. Vindobb. aliorumq. Graece tantum. — Vol. IX seqq. commentarios exhibentia ib. 1824. 8.

Translatio Operum Plat. latina Marsilii Ficini, quae cum ex antiquis optimisque codd. facta sit, innumeris locis veram scripturam graecae linguae peritis praebet. Tenendum autem est, inde ab a. 1532 correctam fere ad editum Platonis textum a Sim. *Grynaeo* prodiisse hanc translationem, qualem Bipontini etiam editores textui suo illam adjunxerunt. Quare fides est antiquioribus tantum editionibus, e quibus Bekker eam suae editioni adjunxit.

— — Jani Cornarii, Basil. 1561. fol. facta ope codicis cujusdam *Hassisteniani*, addito libello qui separatim quoque impressus est hoc titulo: J. C. Eclogae in Dialogos Platonis omnes — ed. cura J. F. Fischeri. Lips. 1771. 8.

— germanica Fr. Schleiermacheri, cujus adhuc prodierunt Tom. I. partium 2. T. II. partium 3. Berolini 1804. sqq. ed. sec. corr. ib. 1818. sqq. 8. T. III. p. I. 1828. — additis introductionibus, et notis maximam partem criticis.

— gallica A. Dacerii aliquoties edita, decem tantum dialogos complectens, in quibus uterque Alcibiades et Crito.

De Biesteri editione Menonis, Critonis, Alcibiadis I. et II. vid. Praefationem.

G. Stallbaumius edidit Menonem, cum prolegomenis et commentariis. Lips. 1827. 8.

J. F. Fischer — Euthyphr., Apol. S., Critonem, Phaedonem Lips. 1783. 8. in qua ed. usus est codice *Tubingensi*.

C. Nurnberger — Alcibiadem I. et II. e cod. ms. bibl. S. Marci (qui est *Venetus II*, v. supr.) Lips. 1796. 8.

F. Astius — Symposium et Alcib. I. Landish. 1809. 8.

Nath. *Forster* et Gu. *Etwall* Britanni editiones quorundam dialogorum fecerunt quarum perparvus hodie ne dicam nullus ad rem criticam usus: J. H. J. *Koeppen* Alcibiadem II. cum notis germ. ed. Brunsv. 1786. 8. — *F. Jacobs* libello

suo

suo scholastico *Elementarb. der griech. Spr. Vierter Cursus,* Critonem cum notis inseruit.

Cl. Sallier Critonem gallice versum cum notis dedit in Hist. Acad. Reg. Inscriptt. to. XIV. — *T. Faber* (Tannegui le Fevre) gallicae suae Alcibiadis I. versioni (Salmur. 1666. 12.) notas addidit. — *Fr. Gedike*, *J. C. Gottleber* et *J. Gottlob Schneider* notas ad Biesteri ed. contulerant: atque Gottleber jam antea (Lips. 1771. 8.) libellum Animadversionum ad Phaedr. et Alcib. II. ediderat. — *F. A. Wolf* notulas aliquot ad Alc. I. et Meno. inseruit suis Opusculis (Vermischte Aufsätze Halle 1802. 8.) p. 102. 113. 116.

Ph. Gu. van Heusde edidit Specimen Criticum in Platonem L. B. 1803. 8. (in Meno. p. 110. Crit. p. 14. Alc. I. p. 111. Alc. II. p. 116.)

L. F. Heindorf dum in vivis fuit observatt. suas mecum contulit; — idem per litteras fecit *C. L. Struve*, cujus etiam Prolusione aliqua ad Menonem usus sum; — *F. W. Ullrich* versioni suae germanicae horum quattuor dialogorum (Berol. 1821. 8.) notas adjecit; — *E. R. Lange* edidit Specim. crit. in Critonem Lips. 1821. 8.

Timaei Lexicon Vocum Platonicorum c. animadvv. Dav. *Ruhnkenii.* Ed. 2. L. B. 1789. 8.

Scholia in Platonem e codd. collegit D. Ruhnkenius L. B. 1800. 8. Auctiora e mss. suis Bekker edidit in Commentariorum to. 2.

Procli et Olympiodori Commentarios in Alcibiadem I. edidit Creuzer in libro cui titulum fecit Initia Philosophiae ac Theologiae ex Platonicis fontibus ducta Ff. 1821. 8. volumine 1 et 2.

ΜΕΝΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ *).

Qui hic confabulantur, sunt

SOCRATES,
MENO,
SERVUS MENONIS,
ANYTUS.

Collatis duobus locis §. 9. *versus fin. et* §. 27. *init. probabiliter Schneider conjicit Menonem tum forte Athenis commorantem apud Anytum hospitem devertisse. — Scena videtur esse locus spatiosus, ubi inter ambulandum, sed ita ut interdum sedeant, interdum consistant, disceptant Socrates et Meno. Et hunc quidem sequuntur servi; e quibus vernulam unum Socrates evocari jubet colloquiique per aliquod tempus participem facit. Dein offendunt Anytum, quem et ipsum Socrates sermoni adhibet: mox duo, qui initio erant soli colloquentes, finem faciunt dialogi. — Disputatio est de* virtute, *versaturque in hac quaestione:* utrum virtus addisci possit necne? *Quae quidem fuit celebris quaestio veterum philosophorum, saepius eadem a Platone tractata, ut in Protagora, et ab auctore dialogi Aeschinis vulgo nomine inscripti* περὶ Ἀρετῆς, *ἢ διδακτόν, qui multa ex hoc nostro dialogo ad verbum transtulit.*

*) Petita esse haec verba e Diog. Laert. 3, 58. dubitari nequit. Alii, Athen. 7, p. 314. A. B., Diog. Laert. 2, 38. Philopon. in Aristotel. Metaphys. 6. Anall. 2, 5. laudant simpliciter *Πλάτωνα ἐν Μένωνι*. BIPONT.

FRIDERICI GEDIKII DISQUISITIO DE MENONE THESSALO.

Haud rarum erat Menonis nomen inter Graecos. Xenophon hist. Gr. 5. Menonis cujusdam Thespiensis mentionem facit; et Plutarchus in Pericle de alio quodam Menone loquitur, Phidiae statuarii socio ejusdemque accusatore. Qui vero in hoc dialogo loquitur, Thessalus fuit, ut ex ipso statim dialogi initio patet: non tamen Larissae, ut Grouius interpres Gallicus existimat, sed *Pharsali* natus, ut statim apparebit. Dubium autem esse non potest, quin hic idem ille sit Meno, cujus in Xenophontis Anabasi frequentissima mentio est, quique inter duces Graecorum Cyro contra fratrem Artaxerxem auxiliantium haud postremum locum tenebat. Semper enim Xenophon eum vocat *Θετταλόν*: et ejusdem plane aetatis ille fuit. Nam bello isti interfuit simul cum Xenophonte et Proxeno, discipulo Gorgiae (Xenoph. Anab. 2. ad fin.), cujus etiam Platonicus Meno discipulus erat. Denique *Aristippus* etiam, qui hic in ipso dialogi initio ut familiarissimus Menonis amicus memoratur (non confundendus ille cum celebriori philosopho Cyrenaico) stabat a Cyri partibus (vid. init. Anab.). Quem enim Xenophon a regione Thessalum Aristippum vocat, haud diversum esse ab hoc, quem ab urbe Larissaeum nominat Plato, eo minus dubitari potest, quod Xenophon, ad finem libri secundi, in descriptione morum Menonis affirmat, adolescentem eum propter pulchritudinem ab Aristippo praefecturam militarem consecutum esse. Ejusdem Menonis meminit Diogenes Laert. 2, 50. ubi simul Xenophontis in eum odium refert: *Ἐχθρῶς διέκειτο πρὸς Μένωνα τὸν Φαρσάλιον περὶ τὸν χρόνον τῆς ἀναβάσεως.* [Pharsalii cujusdam Menonis mentionem faciunt, eumque in bello Peloponnesiaco Atheniensibus copias Thes-

salorum auxiliares adduxisse duodecimque talenta sponte contulisse narrant Thucyd. 2, 22. Demoath. c. Aristocr. qui simul refert eum pro his beneficiis civitate ab Atheniensibus donatum fuisse. Illum autem Menonem non, quod inconsideratius pronuntiaverat Gedikius, eundem esse de quo hic agitur, e temporum ratione ostendit Schleiermacher. Quippe copias ille duxit primis belli Peloponnesiaci temporibus; hic in Cyri exercitu eundem honorem *per pulchritudinem* adeptus est. Vid. Anab. 2, 6. fin. Major itaque aliquis Meno ille fuit, sed ex eadem haud dubie familia.] Quanta autem Menonis in exercitu Cyri auctoritas fuerit, inde apparet, quod in proelio contra Artaxerxem, cum Clearchus dextrae Graecorum alae praeesset, ipse sinistrae praeerat. Sed cum ceteris ducibus postea, Tissaphernis satrapae insidiis, circumventus et graviori supplicio quam collegae a Persarum rege affectus est. Quae omnia legi possunt in primo et secundo Xenophontis libro de Expeditione Cyri. Addit idem vividam morum Menonis imaginem, qua apparet, improbissimum et sceleratissimum hominem eum fuisse, nisi forte Xenophon suo illius odio aliquid dedit. Hanc tamen taeterrimam Menonis descriptionem totidem verbis e Xenophonte sine illius mentione exscripsit Suidas (in voce *Μένων*), itemque Stobaeus (Serm. 2 de Malitia). Improbitas illius tanta fuit, ut cum Tissapherne et Ariaeo, hospite suo: qui, cum antea ipse in exercitu Cyri ducis officio functus esset, postea deseruit Graecos, iisque cum Tissapherne insidias struxit: ut, inquam, cum his consilia communicaret, et Clearchum, supremum Graecorum ducem, ceterosque collegas apud Tissaphernem calumniaretur. Saltem Clearchum hoc suspicatum esse, Xenophon tradit. Athenaeus autem libro 11. (p. 505. Casaub.) ubi Platonem acriter perstringit, Menonem dicit Clearchum Tissapherni prodidisse, simulque vituperat Platonem, quod sceleratum hunc virum, *τὸν τοὺς Ἕλληνας προδόντα*, ut paulo post (p. 506.) de eo loquitur, laudibus ornarit, et ita quasi mendacii arguerit Xenophontem. Excusari tamen Plato potest, si existimamus,

Menonem adolescentem, qualis in hoc dialogo est, nondum talem fuisse, qualem depingit Xenophon. Superbia autem illius atque insolentia ex hoc ipso etiam dialogo elucent. Et revera proditio, cujus eum accusat Athenaeus, non diserte legitur apud Xenophontem, quippe qui praeter ea, quae jam commemoravimus, hoc solum narrat, Ariaeum a Tissapherne missum nuntiasse Graecis, Clearchum quidem, qui foedus cum Persis ictum violarit, morte poenas luisse, Proxenum vero et Menonem, simul cum Clearcho comprehensos, in magno honore esse, quoniam Clearchi insidias detulerint. Sed haec dolose mentitum esse Ariaeum, vel ex eo verisimile est, quod, cum Graeci postulassent, ut remitterentur Proxenus et Meno, quippe tam bene de ipsis meriti, repulsam tulerunt. Cum ceteris enim, ut diximus, Graecorum ducibus supplicio affectus est Meno, immo graviori quam illi. *Τιμωρηθεὶς ὑπὸ βασιλέως ἀπέθανεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοὶ ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλάς· ἀλλὰ ζῶν αἰκισθεὶς ἐνιαυτὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τελευτῆς τυχεῖν.* Ita Xenophon. Illustre autem fuisse in Thessalia Menonis genus, necesse est. [De hospitio ejus cum regia Persarum domo vid. infra ad §. 11.] Plutarchus enim, in initio Pyrrhi, matrem hujus regis Phthiam *Menonis* Thessali filiam fuisse narrat, additque, hunc Menonem in bello Lamiaco egregiam operam praestitisse; qua de re videndus idem in Phocione, ubi bellum hoc describitur. Hic igitur Meno cum itidem Thessalus fuerit, non dubito, quin eodem quo noster genere ortus sit, immo, cum inter Cyri expeditionem et bellum Lamiacum, quod gestum est contra Antipatrum, octoginta fere annorum spatium intercesserit, nepotem eum Platonici Menonis fuisse credo. Nomina enim avorum ad nepotes plerumque transiisse in Graecia, notum est *).

*) Menonis alicujus, incertum an nostri, *scripta* culpari ab Hermogene p. 367. monet *Schneider*.

p. 70. ΜΕΝΩΝ. Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν 1
ἡ ἀρετή· ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν· ἢ οὔτε ἀσκητὸν
οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις· ἢ
ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ; ΣΩΚΡΑΤΗΣ. Ὦ Μένων, προτοῦ μὲν b.
Θετταλοὶ εὐδόκιμοι ἦσαν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ ἐθαυμάζοντο
ἐφ' ἱππικῇ τε καὶ πλούτῳ, νῦν δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ ἐπὶ
σοφίᾳ [1]: καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου
πολῖται Λαρισαῖοι [2]. τούτου δὲ ἡμῖν [3] αἴτιός ἐστι Γορ-

[1] Thessalos olim re equestri valuisse maxime, testantur plurimi. Pausanias 10. init. laudat Thessalorum τῆς ἵππου τὸ πλῆθος, καὶ ὁμοῦ τῷ ἀριθμῷ τὴν ἐς τοὺς ἀγῶνας τῶν τε ἵππων καὶ αὐτῶν μελέτην τῶν ἱππέων. Iidem mercaturae maxime operam dabant: tum metallis etiam abundabat Thessalia, laudanturque ejus aurifodinae: Justin. 8, 3. Diodor. 16, 8. Athenaeus autem (14. p. 663.) sumptuosissimos Graecorum Thessalos fuisse affirmat. Ironice vero, ut solet, Socrates loquitur, quum dicit, jam et *sapientia* praestare. Certe Plutarch. de aud. poet. narrat Simonidem interrogatum, quare solos Thessalos non deciperet, dixisse: ἀμαθέστεροί εἰσιν, ἢ ὡς ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατᾶσθαι. GED.

Ab ipso Platone, in Critone 15. Thessali arguuntur intemperantiae et legum incuriae; quae vitia e divitiis fere et inscitia oriuntur. BIE.

[2] Vulgo τοῦ Λαρισσαίου, quae perversa mihi videbatur sermonis conformatio. Sed codices longe plurimi omittunt articulum, Coislinianus autem et Flor. X. emendate exhibent quod nos reposuimus. — Nomen urbis uno σ in optimis Vat. et Clark. exaratum est, et sic edidit Bekker. Vid. Gramm. ampl. §. 21. Obs. 9.

De Aristippo hoc vid. Disq. de Menone supra p. 2.

[3] Corrigebat Gedikius ὑμῖν: atque nunc e longe majore codicum parte ita edidit Bekker. Sed quam exigua seu potius nulla sit in hac varietate codicum auctoritas, satis constat; quam proclivis autem hic quidem propter sensum lapsus fuerit in formam ὑμῖν, ipse nostrorum criticorum assensus docet. Quare nondum ego permoveor ut abjiciam ethicum illud ἡμῖν, quod jam olim Biester ut Socratis sermoni imprimis conveniens tuebatur. Nam si legimus ὑμῖν, nil nisi id docet Menonem Socrates, cuinam hoc acceptum ferant Thessali; si ἡμῖν, eadem dicit, et subridens simul Athenienses Graecosque de gliscente hoc Thessalorum in philosophia principatu admonet: quod magis etiam sentias si conferas superius ἐν τοῖς Ἕλλησιν, atque infra querulum

γίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἵλ-
ληφεν Ἀλευαδῶν [4] τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν
c. Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο
τὸ ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν, ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀπο-
κρίνεσθαι, ἐάν τίς τι ἔρηται, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς εἰδότας· ἅτε
καὶ αὐτὸς [5] παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βου-
λομένῳ ὅ,τι ἄν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀποκρινό-
d. μενος [6]. ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέχη-
κεν· ὥσπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ
τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι [7] ἡ σοφία. εἰ γοῦν p. 7
τινα ἐθέλεις οὕτως ἐρέσθαι [8] τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅστις οὐ
e. γελάσεται, καὶ ἐρεῖ, Ὦ ξένε, κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακά-
ριός [9] τις εἶναι, ἀριτὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν, εἴθ' ὅτῳ τρό-

rulum illud, *ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε M.* Optimi utique sunt codices Clarkianus, Vaticanus, Coislinianus, eo quod veterem saepe lectionem velut nesciis ipsis librariis servaverunt: sed iidem in minutis hisce non minus mendosi sunt ceteris, atque ab uno alterove Parisiensium, E potissimum et F, qui hic quoque scripturam *ἡμῖν* praebent, corriguntur. — Mox verba *ἐπὶ σοφίᾳ* in Coisl. non leguntur.

[4] Aleuadae in Thessalia principes erant. De quibus vid. Herodot. 7, 6. Ruhnk. ad Tim. Lexic. p. 22. Schneid. in Add. ad Aristot. Polit. p. 494. et nos uberius de illis tractantes in Comment. Acad. Berol. 1823. Larissa praecipua eorum sedes. Suidas: *Ἀλευάδαι οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι, ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες.* Regem autem hunc ad fabulosa tempora remittendum esse, facile persuadebunt quae de eo narrantur ap. Aelian. H. A. 8, 11.

[5] Codd. Clark. Vatic. etc. mendose *αὐτοῖς*. Mox pro *βούληται* Coisl. *βούλοιτο*. Cf. Gramm. §. 139. (126.) Obs. 3.

[6] Hanc Gorgiae confidentiam, immo impudentiam, saepius commemorat Cicero, q. v. de Fin. 2, 1. de Orat. 1, 22. 3, 32. item Quintil. 2, 21. 12, 11. Neque hunc ejus morem neglexit Plato in cognomini dialogo, cujus initio statim eadem Gorgias profitetur. Peragrabat autem rhetor ille Leontinus universam Graeciam, et ubique *ἔπειθε τῶν νέων τοὺς γενναιοτάτους καὶ πλουσιωτάτους*, ut in Theage dialogo legimus. In exordio autem Hippiae majoris tradit Plato Athenas illum a Leontinis legatum missum esse. Praecipue tamen in Thessalia commoratus est, teste Cicerone, qui (Orat. 52.) senem in Thessalia ab Isocrate auditum esse narrat, *GED.* Cf. Isocr. de Antid. §. 155. (166.)

[7] Vid. Gramm. §. 137. (124.) Obs. 8.

[8] Vulgo *ἔρεσθαι*. Verum accentum dant Clark. et Vat. — Pro *ἐθέλεις* unus Vat. 2. *ἐθέλοις*.

[9] Vid. Ind.

[10] Ex

πῳ παραγίγνεται, εἰδέναι· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον [10] δέω, εἴτε διδακτὸν, εἴτε μὴ διδακτὸν, εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ, ὅ,τι ποτ' ἐστὶ τοπαράπαν ἀρετὴ, τυγχάνω εἰδώς. ἐγὼ οὖν καὶ αὐτὸς, 2
ὦ Μένων, οὕτως ἔχω· συμπένομαι τοῖς πολίταις τούτου τοῦ πράγματος, καὶ ἐμαυτὸν καταμέμφομαι, ὡς οὐκ εἰδὼς [1] περὶ ἀρετῆς τοπαράπαν. ὃ δὲ μὴ οἶδα τί ἐστι, πῶς ἄν ὁποῖόν γέ τι εἰδείην; ἢ [2] δοκεῖ σοι οἷόντε εἶναι, ὅστις Μέ-
νωνα μὴ γιγνώσκει τοπαράπαν ὅστις ἐστὶ, τοῦτον εἰδέναι [3] εἴτε καλὸς, εἴτε πλούσιος, εἴτε καὶ γενναῖός ἐστιν, εἴτε καὶ τἀ-
ναντία τούτων; δοκεῖ σοι οἷόντ' εἶναι [4]; *MEN.* Οὐκ ἔμοι- b.
γε. ἀλλὰ σὺ, ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς οὐδ' ὅ,τι ἀρετή ἐστιν, οἶσθα; ἀλλὰ ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἰκαδε ἀπαγγέλωμεν [5]; *ΣΩ.* Μὴ μόνον γε, ὦ ἑταῖρε· ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ πω ἐνέτυχον εἰδότι, ὡς ἐμοὶ δοκῶ. *MEN.* Τί δαί [6]; *Γοργίᾳ*

[10] Ex eo quod *πολλοῦ δέω*, *ὀλίγου δέω* sic genitivo casu semper dicitur, recte mihi videor jam olim collegisse, scribendum esse etiam *τοσούτου δέω εἰδέναι*. Sed cum e posterioris tamen aevi scriptoribus Stephanus in Thes. afferat etiam *τοσοῦτον*: minus confidenter illud pronuntio. Neque tollit incertitudinem Lucianus: Nigr. 26. *τοσούτου δέων ὀρέγεσθαι*: Piscat. 29. *τοσούτου δέω ἔξαρνος γενέσθαι*: sed Icaromen. 5. *τοσοῦτον ἐδέησάν με ἀπαλλάξαι*: ad quos locos nihil varietatis adnotatum est. Exempla autem verbi *ἀποδέω*, quae attulit Ullrichius, minus huc valent, quia alium jam genitivum additum habent (*τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι* Axioch. p. 372. b.).

[1] Dicere poterat etiam *εἰδότα*: vid. Gramm. §. 144.(131.) Obs. 2.

[2] Vulgatum ἦ Be. e codd. mutavit in ἦ. Quanquam ad hanc emendationem codicibus opus non erat. Vocula ἦ enim quoties ita posita est ut interrogationem aliquam a superiori sermone sejungat, in codd. et in editis corrupta plerumque est in ἦ. Nam vulgus librariorum nonnisi interrogationem sentiebant, de junctura, qua sermo in talibus carere non potest, securi. Vid. Heind. ad Parmen. 22. nostrasque ad locos in Indice v. ἦ laudatos notas.

[3] Antea *τοῦτο εἰδέναι*, quod per se non malum sed in nullo cod. inventum cedere debuit lectioni *τοῦτον*, cujus accusativi post *ὅστις* omissio in prosa durior.

[4] De repetitis in hunc modum interrogationis verbis vid. Heind. ad Charm. 33.

[5] Vid. Gramm. ampl. in Ind. verbali *Ἀγγέλλω*. Quamvis autem in uno tantum codice Ven. Ξ hanc ex Aldina propagatam scripturam invenerit Be., ceteri omnes dent *ἀπαγγέλλ.*, illud tamen retinui tum quod aoristum aptius videbatur, tum quod proclivior ab hac forma in alteram lapsus.

[6] Haec forma hic et multis aliis locis in opt. codd. Clark. et

γίας. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὴν πόλιν, ἐραστὰς ἐπὶ σοφίᾳ εἵλ-
ληφεν Ἀλευαδῶν [4] τε τοὺς πρώτους, ὧν ὁ σὸς ἐραστής ἐστιν
c. Ἀρίστιππος, καὶ τῶν ἄλλων Θετταλῶν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο
τὸ ἔθος ὑμᾶς εἴθικεν, ἀφόβως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἀπο-
κρίνεσθαι, ἐάν τίς τι ἔρηται, ὥσπερ εἰκὸς τοὺς εἰδότας· ἅτε
καὶ αὐτὸς [5] παρέχων αὑτὸν ἐρωτᾶν τῶν Ἑλλήνων τῷ βου-
λομένῳ ὅ,τι ἂν τις βούληται, καὶ οὐδενὶ ὅτῳ οὐκ ἀποκρινό-
d. μενος [6]. ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε Μένων, τὸ ἐναντίον περιέχη-
κεν· ὥσπερ αὐχμός τις τῆς σοφίας γέγονε, καὶ κινδυνεύει ἐκ
τῶνδε τῶν τόπων παρ' ὑμᾶς οἴχεσθαι [7] ἡ σοφία. εἰ γοῦν p. 71
τινα ἐθέλεις οὕτως ἐρέσθαι [8] τῶν ἐνθάδε, οὐδεὶς ὅστις οὐ
e. γελάσεται, καὶ ἐρεῖ, Ὦ ξένε, κινδυνεύω σοι δοκεῖν μακά-
ριός [9] τις εἶναι, ἀριτὴν γοῦν, εἴτε διδακτὸν, εἴθ' ὅτῳ τρό-

rulum illud, *ἐνθάδε δὲ, ὦ φίλε M.* Optimi utique sunt codices Clarkianus, Vaticanus, Coislinianus, eo quod veterem saepe lectionem velut nesciis ipsis librariis servaverunt: sed iidem in minutis hisce non minus mendosi sunt ceteris, atque ab uno alterove Parisiensium, E potissimum et F, qui hic quoque scripturam *ἡμῖν* praebent, corriguntur. — Mox verba *ἐπὶ σοφίᾳ* in Coisl. non leguntur.

[4] Aleuadae in Thessalia principes erant. De quibus vid. Herodot. 7, 6. Ruhnk. ad Tim. Lexic. p. 22. Schneid. in Add. ad Aristot. Polit. p. 494. et nos uberius de illis tractantes in Comment. Acad. Berol. 1823. Larissa praecipua eorum sedes. Suidas: *Ἀλευάδαι οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας σύγκειται, ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες.* Regem autem hunc ad fabulosa tempora remittendum esse, facile persuadebunt quae de eo narrantur ap. Aelian. H. A. 8, 11.

[5] Codd. Clark. Vatic. etc. mendose *αὐτοῖς*. Mox pro *βούληται* Coisl. *βούλοιτο*. Cf. Gramm. §. 139. (126.) Obs. 3.

[6] Hanc Gorgiae confidentiam, immo impudentiam, saepius commemorat Cicero, q. v. de Fin. 2, 1. de Orat. 1, 22. 3, 32. item Quintil. 2, 21. 12, 11. Neque hunc ejus morem neglexit Plato in cognomini dialogo, cujus initio statim eadem Gorgias profitetur. Peragrabat autem rhetor ille Leontinus universam Graeciam, et ubique *ἔπειθε τῶν νέων τοὺς γενναιοτάτους καὶ πλουσιωτάτους*, ut in Theage dialogo legimus. In exordio autem Hippiae majoris tradit Plato Athenas illum a Leontinis legatum missum esse. Praecipue tamen in Thessalia commoratus est, teste Cicerone, qui (Orat. 52.) senem in Thessalia ab Isocrate auditum esse narrat, *GED.* Cf. Isocr. de Antid. §. 155. (166.)

[7] Vid. Gramm. §. 137. (124.) Obs. 8.

[8] Vulgo *ἔρεσθαι*. Verum accentum dant Clark. et Vat. — Pro *ἐθέλεις* unus Vat. 2. *ἐθέλοις*.

[9] Vid. Ind.

[10] Ex

πῳ παραγίγνεται, εἰδέναι· ἐγὼ δὲ τοσοῦτον [10] δέω, εἴτε διδακτὸν, εἴτε μὴ διδακτὸν, εἰδέναι, ὡς οὐδὲ αὐτὸ, ὅ,τι ποτ' ἐστὶ τοπαράπαν ἀρετὴ, τυγχάνω εἰδώς. ἐγὼ οὖν καὶ αὐτὸς, 2
ὦ Μένων, οὕτως ἔχω· συμπένομαι τοῖς πολίταις τούτου τοῦ πράγματος, καὶ ἐμαυτὸν καταμέμφομαι, ὡς οὐκ εἰδὼς [1] περὶ ἀρετῆς τοπαράπαν. ὃ δὲ μὴ οἶδα τί ἐστι, πῶς ἄν ὁποῖόν γέ τι εἰδείην; ἢ [2] δοκεῖ σοι οἷόντε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκει τοπαράπαν ὅστις ἐστὶ, τοῦτον εἰδέναι [3] εἴτε καλὸς, εἴτε πλούσιος, εἴτε καὶ γενναῖός ἐστιν, εἴτε καὶ τἀναντία τούτων; δοκεῖ σοι οἷόντ' εἶναι [4]; ΜΕΝ. Οὐκ ἔμοι- b.
γε. ἀλλὰ σὺ, ὦ Σώκρατες, ἀληθῶς οὐδ' ὅ,τι ἀρετή ἐστιν, οἶσθα; ἀλλὰ ταῦτα περὶ σοῦ καὶ οἴκαδε ἀπαγγέλωμεν [5]; ΣΩ. Μὴ μόνον γε, ὦ ἑταῖρε· ἀλλὰ καὶ ὅτι οὐδ' ἄλλῳ πω ἐνέτυχον εἰδότι, ὡς ἐμοὶ δοκῶ. ΜΕΝ. Τί δαί [6]; Γοργίᾳ

[10] Ex eo quod πολλοῦ δέω, ὀλίγου δέω sic genitivo casu semper dicitur, recte mihi videor jam olim collegisse, scribendum esse etiam τοσούτου δέω εἰδέναι. Sed cum e posterioris tamen aevi scriptoribus Stephanus in Thes. afferat etiam τοσοῦτον: minus confidenter illud pronuntio. Neque tollit incertitudinem Lucianus: Nigr. 26. τοσούτου δέων ὀρέγεσθαι: Piscat. 29. τοσούτου δέω ἕξαρχος γενέσθαι: sed Icaromen. 5. τοσοῦτον ἐδέησάν με ἀπαλλάξαι: ad quos locos nihil varietatis adnotatum est. Exempla autem verbi ἀποδέω, quae attulit Ullrichius, minus huc valent, quia alium jam genitivum additum habent (τοσοῦτον ἀποδέω τοῦ δεδοικέναι Axioch. p. 372. b.).

[1] Dicere poterat etiam εἰδότα: vid. Gramm. §. 144. (131.) Obs. 2.

[2] Vulgatum ἦ Be. e codd. mutavit in ἦ. Quanquam ad hanc emendationem codicibus opus non erat. Vocula ἤ enim quoties ita posita est ut interrogationem aliquam a superiori sermone sejungat, in codd. et in editis corrupta plerumque est in ἦ. Nam vulgus librariorum nonnisi interrogationem sentiebant, de junctura, qua sermo in talibus carere non potest, securi. Vid. Heind. ad Parmen. 22. nostrasque ad locos in Indice v. ἦ laudatos notas.

[3] Antea τοῦτο εἰδέναι, quod per se non malum sed in nullo cod. inventum cedere debuit lectioni τοῦτον, cujus accusativi post ὅστις omissio in prosa durior.

[4] De repetitis in hunc modum interrogationis verbis vid. Heind. ad Charm. 33.

[5] Vid. Gramm. ampl. in Ind. verbali Ἀγγέλλω. Quamvis autem in uno tantum codice Ven. Ξ hanc ex Aldina propagatam scripturam invenerit Be., ceteri omnes dent ἀπαγγέλλ., illud tamen retinui tum quod aoristum aptius videbatur, tum quod proclivior ab hac forma in alteram lapsus.

[6] Haec forma hic et multis aliis locis in opt. codd. Clark. et

οὐκ ἐντέτυχες, ὅτε ἐνθάδε ἦν [7]; ΣΩ. Ἔγωγε. ΜΕΝ. Εἶτα [8] οὐκ ἐδόκει σοι εἰδέναι; ΣΩ. Οὐ πάνυ εἰμὶ μνήμων, ὦ Μένων· ὥστε οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι, πῶς μοι τότε ἔδοξεν. ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνός τε οἶδε, καὶ σὺ ἃ ἐκεῖνος ἔλεγεν. ἀνάμνησον οὖν με, πῶς ἔλεγεν. εἰ δὲ βούλει [9], αὐτὸς εἰπέ. δοκεῖ γὰρ δήπου σοὶ ἅπερ ἐκείνῳ. ΜΕΝ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Ἐκεῖνον μέντοι νῦν ἐῶμεν, ἐπειδὴ καὶ ἅπεισι· σὺ δὲ αὐτὸς, ὦ πρὸς θεῶν, Μένων, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι, εἶπον [10] καὶ μὴ φθονήσῃς· ἵνα εὐτυχέστατον ψεῦσμα· ἐψευσμένος ὦ, ἂν φανῇς σὺ μὲν εἰδὼς καὶ Γοργίας, ἐγὼ δὲ εἰρηκὼς μηδενὶ πώποτε εἰδότι ἐντετυχηκέναι. ΜΕΝ. Ἀλλ' οὐ χαλεπὸν, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν· πρῶτον μὲν, εἰ βούλει, ἀνδρὸς ἀρετὴν, ῥᾴδιον, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἀνδρὸς ἀρετὴ, ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς, καὶ αὐτὸν εὐλαβεῖσθαι μηδὲν τοιοῦτον παθεῖν. εἰ δὲ βούλει, γυναικὸς ἀρετὴν οὐ χαλεπὸν διελθεῖν, ὅτι δεῖ αὐτὴν τὴν οἰκίαν εὖ οἰκεῖν [1], σώζουσάν τε τὰ ἔνδον, καὶ κατήκοον οὖσαν τοῦ ἀνδρός. καὶ ἄλλη ἐστὶ παιδὸς ἀρετὴ, καὶ θηλείας καὶ ἄῤῥενος, καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρὸς, εἰ μὲν βούλει, ἐλευθέρου, εἰ δὲ βούλει, δούλου. καὶ ἄλλαι πάμπολλαι ἀρεταί εἰσιν. ὥστε

et Vat. legitur, pro vulgato *δέ*, eamque post Bekkerum non dubitavi ubique fere admittere, cum ubique viderem fortiorem illam significationem, de qua vid. Ind., vocula revera inesse. Fidem autem hoc quoque fecit, quod in mille illis locis, ubi nonnisi *δέ* stare potest, iidem codices ne semel quidem *δαί*, per meram illam et sollemnem alias vocalium confusionem, praebuerunt.

[7] Athenas missus Gorgias Ol. 88, 2. vid. Diod. 12, 53.

[8] Vid. Ind.

[9] Sic Be. e codd. Vulgo *εἰ δὲ μὴ βούλει*, quae codicum aliquot lectio a malo correctore profecta est. Alterum, *εἰ δὲ βούλει* „aut si mavis" magis est e more Graecorum. Vid. Wolf. ad Xen. Hell. 1, 7, 23. (10.) in Epistola ad Schneiderum hujus editioni priori praefixa p. 118.

[10] Hanc codicum scripturam formam esse Imperativi aor. 1. veram atque antiquam, non *εἰπόν*, docui in Excursu ad hunc librum primo.

Interpunxi autem, ut jam olim monuerat Heindorfius, simplici virgula post *εἶναι*, pro signo interrogationis. Junge: *εἶπον, τί φῂς ἀρετὴν εἶναι*, ut infra 7. init. *τί ποτε οὖν τοῦτο, οὐ τοῦτο ὄνομά ἐστι τὸ σχῆμα, πειρῶ λέγειν.* Cf. infra §. 12. n. 9. it. Heind. ad Theaet. 2. (p. 283.).

[1] Vid. Ind.

[2] So-

οὐκ ἀπορία εἰπεῖν ἀρετῆς πέρι, ὅ,τι ἐστί. καθ' ἑκάστην γὰρ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἡλικιῶν, πρὸς ἕκαστον ἔργον, ἑκάστῳ ἡμῶν ἡ ἀρετή ἐστιν. ὡσαύτως δὲ, οἶμαι, ὦ Σώκρατες, καὶ ἡ κακία. ΣΩ. Πολλῆ γέ τινι εὐτυχίᾳ ἔοικα κεχρῆσθαι, ὦ Μέ- d. *νων, εἰ μίαν ζητῶν ἀρετὴν σμήνός τι ἀνεύρηκα ἀρετῶν παρὰ σοὶ κειμένων* [2]. *ἀτὰρ, ὦ Μένων, κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα τὴν περὶ τὰ σμήνη, εἴ μου ἐρομένου μελίττης περὶ οὐσίας* [3],

[2] Socrates non laudat Menonem, quod ipse multis virtutibus *ornatus* sit: sed *εἰρωνικῶς*, quod tam magnam virtutum multitudinem *detexerit et enumerarit*. Hinc mihi legendum videtur: *παρὰ σοῦ κινουμένων* vel *κεκινημένων*, *a te excitatae*. Atque ita sine dubio Plutarchus legit, qui in exordio scripti de *Πολυφιλίᾳ*, ex hoc ipso dialogo sumpto, Socratem Menoni multas virtutes nominanti ita respondisse dicit: *εὖγε, ὅτι μίαν ἀρετὴν ἐρωτηθεὶς σμῆνος ἀρετῶν κεκίνηκας*. *GED.* Satis quidem haec opinio commendationis habere videatur, si animadvertamus, huc respexisse Themistium quoque Or. 1. p. 5. A. *ὁρᾶτε οὖν ὅτι τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο ῥῆμα διακρούοντί μοι ἅπας ὁ τῶν ἀρετῶν ἰσμὸς ὑποφθέγγεται*. Non tamen eo adduci possum, ut repudiandam vulgatam existimem. Acquiesco in *κειμένων*. Nihil enim, quod reprehendam ac de vitio suspicer, in hac lectione reperio: et quod Plutarchi attinet ac Themistii auctoritatem, sententiam illi non verba memorarunt. Et vero utriusque elegantissimum dictum colorem duxisse videtur ex Rep. 5. p. 450. a. *Οὐκ ἴσθ' ὅσον ἐσμὸν λόγων ἐπεγείρετε*. *HEUSDIUS.* *Schleiermacheri* interpretatio germanica: *da ich nur eine Tugend suche und einen ganzen Schwarm von Tugenden finde, die sich bei dir niedergelassen*. Atqui meminisse jam olim debebamus non solum de examine excitato et migrante, sed de alveario deque apum in eo degentium multitudine, et quidem frequentius fortasse, *σμῆνος* usurpari. Vid. Hesiod. Theogon. 594. Xenoph. Anab. 2, 8, 20. de pago quodam: *τὰ δὲ σμήνη πολλὰ ἦν αὐτόθι*. Plutarchus imaginem variavit.

[3] Libri, ut videtur, omnes *πέρι*, quod tacite jam olim mutaram in eum accentum quem, ut nunc leguntur, verba requirunt. Nam si scribimus *πέρι*, praepositio refertur ad *μελίττης*, alter autem genitivus non habet unde pendeat. In his autem *οὐσίας ὅ,τι ποτ' ἐστὶ* verba adjecta *ὅ,τι ποτ' ἐστὶ* inserviunt explicandae voci *οὐσία*, tunc temporis nondum pervulgatae, ut vere observat Heindorfius ad locum Phaedo. 27. hunc: *λέγω δὲ περὶ πάντων, οἷον μεγέθους πέρι, ὑγιείας, ἰσχύος, καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων τῆς οὐσίας, ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν*. Quem locum nostro in ceteris quoque persimilem integrum apposui, quia comparari eum velim ob verba *μεγέθους πέρι*, sic necessario ibi scribenda; unde tamen argumentationem ad verba *μελίττης πέρι* valere non puto; illa enim *μεγέθους πέρι* mera sunt repetitio vocis *περὶ* in praecedentibus *περὶ πάντων*; quae praepositio apud mentem etiam repetenda est ad genitivos

ὅ,τι ποτ' ἐστὶ, πολλὰς καὶ παντοδαπὰς ἔλεγες αὐτὰς εἶναι· τί ἂν ἀπεκρίνω μοι, εἴ σε ἠρόμην [4]· ἆρα τούτῳ φῆς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἶναι καὶ διαφερούσας ἀλλήλων, τῷ μελίττας εἶναι; ἢ τούτῳ μὲν οὐδὲν διαφέρουσιν, ἄλλῳ δέ τῳ, οἷον ἢ κάλλει, ἢ μεγέθει, ἢ ἄλλῳ τῳ τῶν τοιούτων;
e. εἰπὲ, τί ἂν ἀπεκρίνω οὕτως ἐρωτηθείς [5]; *MEN.* Τοῦτ' ἔγωγε, ὅτι οὐδὲν διαφέρουσιν, ᾗ μέλιτταί εἰσιν, ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας. *ΣΩ.* Εἰ οὖν εἶπον μετὰ ταῦτα· τοῦτο τοίνυν μοι αὐτὸ εἰπὲ, ὦ Μένων, ᾧ οὐδὲν διαφέρουσιν, ἀλλὰ ταυτόν εἰσιν ἅπασαι, τί τοῦτο φὴς εἶναι; εἶχες δήπου ἄν τί μοι εἰπεῖν.
4 *MEN.* Ἔγωγε. *ΣΩ.* Οὕτω δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν· κἂν εἰ [1] πολλαὶ καὶ παντοδαπαί εἰσιν, ἕν γέ τι εἶδος ταυτὸν

tivos sequentes omnes, et in his ad (περὶ) τῶν ἄλλων ἁπάντων τῆς οὐσίας. — Memoranda autem hic quidem est etiam lectio cod. Ven. Σ, qui praepositionem omittit, ut dictio sit, ἐρέσθαι μελίττης οὐσίας ὅ,τι ποτ' ἐστί: de qua forma loquendi, prosae quoque scriptoribus usitata vid. ad Soph. Philoct. 439. Unum tamen codicem, neque e primariis illum, nolim quenquam sequi.

[4] Εἴ μου ἐρομ. — — εἴ σε ἠρόμην —. De duobus hisce εἰ vere observat Stallbaumius, alterum ab altero pendere et duplicem quasi protasin efficere, cujus apodosis est interrogatio τί ἂν —. Nam hic verus est sensuum ordo: εἴ μου ἐρομένου — παντοδαπὰς ἔλεγες εἶναι, εἴ σε ἠρόμην, ἆρα — μελίττας εἶναι· τί ἂν ἀπεκρίνω μοι; Quem ordinem revera habes in loco alioqui simillimo Protag. 311. c. ubi Heindorfius monuit de triplici etiam εἰ quod est in hoc nostro dialogo infra §. 6. a. Neque obloquor Stallbaumio virgula potius quam colo distinctum volenti post αὐτὰς εἶναι: sed soleo in talibus non logicam rationem sequi, sed perspicuitatem, quae persaepe juvatur quando in loquendo dirimimus etiam ea, quae logice cohaerent. Hic autem haec τί ἂν ἀ. μ. artius cohaerent cum sequenti εἰ quam cum superiori.

[5] Hic et in proximis mirum in modum alternant imperfecta cum aoristis: ἔλεγες — ἀπεκρίνω — ἠρόμην (aor. 2.) — ἀπεκρίνω — εἶπον — εἶχες: et eodem modo infra 22. b. εἰ μὲν ἐγὼ ἤρχον, οὐκ ἂν ἐσκεψάμεθα: quibus alia addit Heindorf. ad Gorg. 3. et 149. omnia tamen in verbis hisce loquendi, respondendi, inquirendi. Sic autem de his videtur statuendum: Imperfectum quidem consuetudinem servare: est enim hic ἔλεγες de eo quod nunc fieret, si fieret (v. Gramm. §. 139. (126), 9, 4.): aoristum vero hic non esse praeteritum, sed actionem indicare intra temporis momentum absolutam.

[1] Nota formulam κἂν εἰ sequentibus Indicativis. In trita enim hac loquendi forma vocula ἄν vim suam, qua tollit certitudinem, plane amisit. Cf. Heind. ad Sophist 69. et nos ad Demosth. Mid. 15. a.

[2] Τὸν

ἅπασαι ἔχουσι, δι' ὃ εἰσιν ἀρεταί· εἰς ὃ καλῶς που ἔχει ἀποβλέψαντα τὸν ἀποκρινόμενον [2] τῷ ἐρωτήσαντι ἐκεῖνο δηλῶσαι, ὃ τυγχάνει οὖσα ἀρετή. ἢ οὐ μανθάνεις ὅ,τι λέγω; *MEN.* Δοκῶ γέ μοι μανθάνειν· οὐ μέντοι ὡς βούλομαί γέ πω κατέχω τὸ ἐρωτώμενον. *ΣΩ.* Πότερον [3] δὲ περὶ ἀρετῆς b. μόνον σοι οὕτω δοκεῖ, ὦ Μένων, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς εἶναι ἄλλη δὲ γυναικὸς καὶ τῶν ἄλλων, ἢ καὶ περὶ ὑγιείας, καὶ περὶ μεγέθους καὶ ἰσχύος [4] ὡσαύτως, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς δοκεῖ σοι εἶναι ὑγίεια ἄλλη δὲ γυναικός; ἢ ταυτὸν πανταχοῦ εἶδός ἐστιν, ἐάνπερ ὑγίεια ᾖ, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ἐάν τε ἐν ἄλλῳ ὁτῳοῦν ᾖ; *MEN.* Ἡ αὐτή μοι δοκεῖ ὑγιειά γε [5] εἶναι καὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. *ΣΩ.* Οὐκοῦν καὶ μέγεθος καὶ ἰσχύς; ἐάνπερ c. ἰσχυρὰ γυνὴ ᾖ, τῷ αὐτῷ εἴδει καὶ τῇ αὐτῇ ἰσχύϊ ἰσχυρὰ ἔξαι; τὸ γὰρ τῇ αὐτῇ τοῦτο λέγω· οὐδὲν διαφέρει πρὸς τὸ ἰσχὺς εἶναι ἡ ἰσχύς, ἐάν τε ἐν ἀνδρὶ ᾖ, ἐάν τε ἐν γυναικί. ἢ
p. 73. δοκεῖ τι σοὶ διαφέρειν; *MEN.* Οὐκ ἔμοιγε. *ΣΩ.* Ἡ δὲ ἀρετὴ, πρὸς τὸ ἀρετὴ εἶναι, διοίσει τι, ἐάν τε ἐν παιδὶ ᾖ, ἐάν τε ἐν πρεσβύτῃ, ἐάν τε ἐν γυναικὶ, ἐάν τε ἐν ἀνδρί; *MEN.* Ἔμοιγέ πως δοκεῖ, ὦ Σώκρατες, τοῦτο οὐκέτι ὅμοιον εἶναι τοῖς ἄλλοις τούτοις. *ΣΩ.* Τί δαί; οὐκ ἀνδρὸς μὲν d. ἀρετὴν ἔλεγες, πόλιν εὖ διοικεῖν, γυναικὸς δὲ, οἰκίαν; *MEN.* Ἔγωγε. *ΣΩ.* Ἆρ' οὖν οἰόντε εὖ διοικεῖν ἢ πόλιν, ἢ οἰκίαν, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, μὴ σωφρόνως καὶ δικαίως διοικοῦντα; *MEN.* Οὐ δῆτα. *ΣΩ.* Οὐκοῦν ἄνπερ δικαίως καὶ σωφρόνως διοι-

[2] *Τὸν ἀποκρινόμενον.* Vulgatum hucusque erat *ἀποκρινούμενον*: quod, ut manuscriptorum collatio nunc docuit, mera est nescio cujus emendatio: quanquam Ficinus quoque futurum expressit. Codd. pars *ἀποκρινάμενον*, pars *-όμενον*: illud praetulit Bekker, auctoritatem ut videtur praestantiorum alias librorum potissimum secutus. Ego in tam minutis proprio judicio aliquid dandum esse putavi. De eo autem qui jam respondendi quasi munere fungitur praeter futurum nonnisi praesens aptum huic loco videbatur.

[3] Anacoluthia aliqua est in his *Πότερον δὲ περὶ ἀρετῆς — δοκεῖ, ἄλλη μὲν ἀνδρὸς εἶναι, ἄλλη δὲ —.* Infinitivus enim post *οὕτω δοκεῖ* accusativum *ἄλλην* requirebat. Sed mente repetendum solum *δοκεῖ*, ut in proximis etiam expressum est.

[4] Vulgo *καὶ περὶ ἰσχ.* Praepositionem cum duob. codd., quamvis non e primariis, omisi. Cf. proxime sequentia, quibus *μέγεθος καὶ ἰσχύς* ita copulantur ut unum efficiant.

[5] Vulg. *ὑγιειά τε.* Emendavit Wolfius, cujus rationem confirmavit cod. Florent. X.

[1] Codd.

κῶσι, δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη διοικήσουσιν; MEN. Ἀνάγκη. ΣΩ. Τῶν αὐτῶν ἄρα ἀμφότεροι δέονται, εἴπερ μέλλουσιν ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ, δικαιοσύνης
e. καὶ σωφροσύνης. MEN. Φαίνονται. ΣΩ. Τί δαί; παῖς καὶ πρεσβύτης, μῶν ἀκόλαστοι ὄντες καὶ ἄδικοι, ἀγαθοὶ ἂν ποτε γένοιντο; MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἀλλὰ σώφρονες καὶ δίκαιοι; MEN. Ναί. ΣΩ. Πάντες ἄρ' ἄνθρωποι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀγαθοί εἰσι· τῶν αὐτῶν γὰρ τυχόντες ἀγαθοὶ γίγνονται. MEN. Ἔοικεν. ΣΩ. Οὐκ ἄν δήπου, εἴγε μὴ ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἦν αὐτῶν, τῷ αὐτῷ ἂν τρόπῳ ἀγαθοὶ ἦσαν.
5 MEN. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ πάντων ἐστὶ, πειρῶ εἰπεῖν καὶ ἀναμνησθῆναι, τί αὐτό φησι Γοργίας εἶναι, καὶ σὺ μετ' ἐκείνου. MEN. Τί ἄλλο γ' ἢ ἄρχειν οἷόντ' εἶναι τῶν ἀνθρώπων; εἴπερ ἕν γέ τι ζητεῖς κατὰ πάντων. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ζητῶ γε. ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἀρετὴ ἡ αὐτὴ [1], ὦ Μένων, καὶ δούλου, ἄρχειν οἷοτε εἶναι τοῦ δεσπότου [2]; καὶ δοκεῖ σοι ἔτι ἂν δοῦλος εἶναι ὁ ἄρ-

[1] Codd. omnes praeter Par. E F dant ἡ αὐτὴ ἀρετή. Et sic Be.

[2] Vulgata in editis ante Bekkerum, οἵῳ τε. Quo spectat haec Wolfii observatio.

Hisce verbis haud levius quam ipsi definitioni vitium inesse apparet. Dativus enim οἵῳτε nihil habet quo referatur, quoniam a pronomine ἡ αὐτὴ regi h. l. nequit: totumque membrum, καὶ δούλου — δεσπότου, novam interrogationem inepte et frigide orditur. Cui utrique molestiae medebimur, sic lenissime corrigendo et tenore orationis continuando: Ἀλλ' ἆρα καὶ παιδὸς ἀρετὴ ἡ αὐτὴ, ὦ Μένων, καὶ δούλου, ἄρχειν οἵοτε εἶναι τοῦ δεσπότου. WOLF.

Ingeniosa est Wolfii emendatio: quanquam recte Ullrichius non emendationem sed explicationem potius dicit, cum in notando et omittendo iota subscriptili nulla prorsus in manuscriptis neque regula sit neque observantia. Cujus rei maxime memorabilia exempla in omnium conspectum nuper produxi ex antiquissimo Iliadis codice Ambrosiano, ad calcem scholiorum in Odysseam p. 585 sq. Ibi enim non modo sine illo dativus, sed cum illo dualis et prima praesentis inveniuntur. Itaque οἵοτε post Bekkerum ego quoque hic repraesentavi tanquam codicum lectionem quae aliquam tamen explicationem admittat. Sed nihilominus eadem, quae tanquam contra conjecturam olim dubia movi, nunc tanquam contra vulgatam lectionem mihi repetenda sunt. Quippe dualis forma, quando non duo homines ut certi et singuli simul agentes cogitantur, sed ideae et genera eodem quo singuli nomine appellantur, mihi quidem prorsus incongrua videtur esse. Deinde, si hoc tanquam negligen-

χων; MEN. Οὐ πάνυ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Οὐ b.
γὰρ εἰκὸς, ὦ ἄριστε. ἔτι γὰρ καὶ τόδε σκόπει [3]*. ἄρχειν φῂς*
οἷόντ' εἶναι. οὐ προσθήσομεν αὐτόσε τὸ δικαίως, ἀδίκως δὲ
μή; MEN. Οἶμαι ἔγωγε. ἡ γὰρ δικαιοσύνη, ὦ Σώκρατες,
ἀρετή ἐστι. ΣΩ. Πότερον ἀρετὴ, ὦ Μένων, ἢ ἀρετή τις;
MEN. Πῶς τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ὡς περὶ ἄλλου. ὁτουοῦν. c.
οἷον, εἰ βούλει, στρογγυλότητος πέρι, εἴποιμ' ἂν ἔγωγε, ὅτι
σχῆμά τι ἐστὶν, οὐχ οὕτως ἁπλῶς, ὅτι σχῆμα. διὰ ταῦτα δὲ
οὕτως ἂν εἴποιμι, ὅτι καὶ ἄλλα ἐστὶ σχήματα. MEN. Ὀρ-
p. 74. *θῶς γε λέγων σύ. ἐπεὶ καὶ ἐγὼ λέγω, οὐ μόνον δικαιοσύ-* d.
νην, ἀλλὰ καὶ ἄλλας εἶναι ἀρετάς. ΣΩ. Τίνας ταύτας, εἰ-
πέ· οἷον καὶ ἐγώ σοι εἴποιμι ἂν καὶ ἄλλα σχήματα, εἴ με [4]
κελεύοις. καὶ σὺ οὖν ἐμοὶ εἰπὲ ἄλλας ἀρετάς. MEN. Ἡ
ἀνδρία τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ ἀρετὴ εἶναι, καὶ σωφροσύνη, καὶ
σοφία, καὶ μεγαλοπρέπεια, καὶ ἄλλαι πάμπολλαι. ΣΩ. Πά-
λιν, ὦ Μένων, ταυτὸν πεπόνθαμεν. πολλὰς αὖ εὑρήκα-
μεν [5] *ἀρετὰς, μίαν ζητοῦντες, ἄλλον τρόπον ἢ νῦν δή· τὴν*

gligenter et brevitatis causa admissum feras: quid, quaeso, puero, qui aetate hic dicitur, non servitute, cum domino? Immo vides scriptorem, quae vera est brevitatis adhibendae ratio, puerum prorsus omittere et in servo solo sermonem absolvere. Hoc autem fieri debet non ita ut nonnisi dominus nominetur: sed verba quoque, quibus haec ejus mentio cum ceteris committitur, congruere debent. Itaque me quidem judice Plato tam paucis verbis continuis, *ἄρχειν οἴουστε* (nam hoc est *οἷωντε*) *εἶναι τοῦ δεσπότου*, quando inde a verbo *εἶναι* tamen nonnisi servum in animo habuit, dicere non potuit, sed aut *οἷόντε* scripsit aut *οἴοντε*. Memoranda tamen Stallbaumii em. *οἷωντε*.

[8] Fuit qui legendum pronuntiaret *αὐτός*: sine causa. Nam idem sensus est in his *ἐν τῷ μέρει*: contra dativo *αὐτῷ* aegre careamus, ante illud *ἔλθῃ* nomine suo destitutum. Conj. *ἔλθῃ* etiam in obliqua interrogatione recte ponitur. Vid. Matth. Gr. §. 515, 2. ibique exemplum e Thuc. 6, 25. — Pro *τίνας* Veneti et Vind. *τίνα*.

[1] Pro *τῶν προτέρων* legendum censeo *τῶν πρώτερον*, neque tamen absolute hoc accipiendum ut paucis post versibus *τῶν πρώτερον*, sed jungendum *παρὰ τῶν πρότερον ὄντων κ. κ.* Vulgata hoc dicit „a prioribus, qui boni et ipsi fuerunt;" quasi superiores omnes boni fuerint: sensus poscit „ab iis qui olim boni viri fuerunt." Quam proclivis autem lapsus ab *οἱ πρότερον, τῶν πρότερον* in *οἱ πρότεροι, τῶν προτέρων* sit, vidimus supra 29. ubi *πρότερον* restituimus ex iisdem codd. qui paucis abhinc versibus (31. c.) pro vulgato et probo *τῶν πρότερον* ipsi dant *τῶν προτέρων*. Certe ad unam quater normam scribendum est (§. 29. 31 bis. 33.): praestare autem ubique *οἱ πρότερον* mihi quidem exploratum est.

[2] Post *πολλοὶ* excidisse *καλοί τε* Cornarius putabat, immemor usus Graecorum vocem *πολλοὶ* aliis adjectivis fere semper ita jungentium ut vocula *καί* intercedat. Alcib. I. 56. *πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀγαθοὶ αὐτὸ πεπόνθασιν Ἀθηναίων*. Sufficiebat autem h. l. repetitio vocis *ἀγαθοί*.

[3] *καὶ*

ὦ Ἄνυτε, καὶ εἶναι δοκοῦσιν ἐνθάδε ἀγαθοὶ τὰ πολιτικὰ, καὶ γεγονέναι ἔτι οὐχ ἧττον ἢ εἶναι [3]. ἀλλὰ μῶν καὶ διδάσκαλοι ἀγαθοὶ γεγόνασι τῆς αὑτῶν ἀρετῆς; τοῦτο γάρ ἐστι, περὶ οὗ ὁ λόγος ἡμῖν τυγχάνει ὤν, οὐκ εἰ εἰσὶν ἀγαθοὶ ἢ μὴ ἄνδρες [4] ἐνθάδε, οὐδ' εἰ γεγόνασιν ἐν τῷ πρόσθεν· ἀλλ' εἰ διδακτόν ἐστιν ἀρετὴ, πάλαι σκοποῦμεν. τοῦτο δὲ σκοποῦντες τόδε σκοποῦμεν, ἆρα οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες, καὶ τῶν c.
νῦν καὶ τῶν πρότερον, ταύτην τὴν ἀρετην, ἣν αὐτοὶ ἀγαθοὶ ἦσαν, ἠπίσαντο καὶ ἄλλῳ παραδοῦναι· ἢ οὐ παραδοτὸν τοῦτο ἀνθρώπῳ, οὐδὲ παραληπτὸν ἄλλῳ παρ' ἄλλου. τοῦτ' ἔστιν, ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγώ τε καὶ Μένων. ὧδε οὖν 32
σκόπει; ἐκ τοῦ σαυτοῦ λόγου. Θεμιστοκλέα οὐκ ἀγαθὸν ἄνφαίης ἄνδρα γεγονέναι; ΑΝ. Ἔγωγε πάντων γε μάλιστα. ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ διδάσκαλον ἀγαθὸν, εἴπερ τις ἄλλος τῆς αὑτοῦ ἀρετῆς διδάσκαλος ἦν, κἀκεῖνον εἶναι; ΑΝ. Οἶμαι ἔγωγε, εἴπερ ἐβούλετό γε. ΣΩ. Ἀλλ' οἴει, οὐκ ἂν ἐβουλήθη b.
ἄλλους τέ τινας καλοὺς κἀγαθοὺς γενέσθαι, μάλιστα δέ που τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ [1]; ἢ οἴει αὐτὸν φθονεῖν αὐτῷ, καὶ ἐξεπίτηδες οὐ παραδιδόναι τὴν ἀρετὴν, ἣν αὐτὸς ἀγαθὸς ἦν; ἢ οὐκ ἀκήκοας [2], ὅτι Θεμιστοκλῆς Κλεόφαντον τὸν υἱὸν ἱπ-

[3] καὶ γεγόν. ἔτι — εἶναι. Istud ἔτι plane alieno loco insedit. Legendum: οὐχ ἧττον ἢ ἔτι εἶναι. *GED.* Non accedo. Ἔτι valet *insuper, praeterea:* contra ἔτι εἶναι valeret *reliquos, superstites esse.*

[4] V. Gramm. §. 151. (138.) IV, 3.

[1] Ἀλλ', οἴει — v. Ind. οἴεσθαι. Ἄλλους τε — μάλιστα δὲ —. Sermonem incipit scriptor ut dicturus ἄλλους τε — καὶ τὸν υἱόν: sed pro isto καί deinceps ponit fortius μάλιστα δέ. Simile est illud quod ad Cratyl. 50. (ubi negligentius δέ illatum post τέ) ascripsit Heindorfius e Legg. 10. init. ἐκ γὰρ δὴ τοῦ τοιούτου πάντα ἠρτημένα τά τε εἰρημένα κακὰ γέγονε —, μέγιστα δὲ δὴ τῶν λοιπῶν αἱ κ. τ. ἑ.

[2] Georg. Lecapenus in Grammatica, cujus Excerpta dedit Matthaei in Lect. Mosq. p. 60. ex h. l. rectius laudat ἀκούεις. *SCHNEID.* Alia hujus moris Atticorum, praesens ἀκούεις adhibentium ubi communis ratio praeteritum requirit, dedit Heindorfius ad hunc Gorgiae locum (§. 126.) Τί δέ; Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα, καὶ Κίμωνα —, οὐ καὶ σὺ ἀκήκοας; Unde apparet utramque rationem Atticis familiarem fuisse. Quarum quae exquisitior esse videtur, cum recentioris Graeci memoriae lapsui tribuere detrectarem, reposueram olim. Nunc reputans non in exemplum hujus ipsius formulae Platonis verba a Georgio allata esse, deque legitimo ejus usu dubitans in re, quae non in populi ore, sed in

πέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν; ἐπέμενε [3] γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἐφηκὼς, καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθός· καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ εἰργάζετο, ἃ ἐκεῖνος αὐτὸν ἐπαιδεύσατο, καὶ ἐποίησε σοφὸν, ὅσα διδασκάλων ἀγαθῶν εἶ-
c. χετο [4]. ἦ ταῦτα οὐκ ἀκήκοας τῶν πρεσβυτέρων; *AN.* Ἀκήκοα. *ΣΩ.* Οὐκ ἄν ἄρα τήν γε φύσιν τοῦ υἱέος αὐτοῦ ἠτιάσατ' ἄν τις εἶναι κακήν. *AN.* Ἴσως οὐκ ἄν. *ΣΩ.* Τί δαὶ τόδε; ὡς Κλεόφαντος ὁ Θεμιστοκλέους ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ἤδη του ἀκήκοας ἢ
d. νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου; *AN.* Οὐ δῆτα. *ΣΩ.* Ἆρ' οὖν ταῦτα μὲν οἰόμεθα βούλεσθαι αὐτὸν τὸν αὑτοῦ υἱὸν παιδεῦσαι, ἣν δὲ αὐτὸς σοφίαν ἦν σοφὸς, οὐδὲν τῶν γειτόνων βελτίω ποιῆσαι, εἴπερ ἦν γε διδακτὸν ἡ ἀρετή; *AN.* Ἴσως
33 μὰ Δί' οὔ. *ΣΩ.* Οὗτος μὲν δή σοι τοιοῦτος διδάσκαλος ἀρετῆς, ὃν καὶ σὺ ὁμολογεῖς ἐν τοῖς ἄριστον τῶν πρότερον εἶναι [1]. ἄλλον δὲ δὴ σκεψώμεθα, Ἀριστείδην τὸν Λυσιμά- p. 1
χου. ἢ τοῦτον οὐχ ὁμολογεῖς ἀγαθὸν γεγονέναι; *AN.* Ἔ-
b. γωγε πάντως δήπου. *ΣΩ.* Οὐκοῦν καὶ οὗτος τὸν υἱὸν τὸν αὑτοῦ Λυσίμαχον [2], ὅσα μὲν διδασκάλων εἴχετο, κάλλιστα Ἀθηναίων ἐπαίδευσεν, ἄνδρα δὲ βελτίω δοκεῖ σοι ὁτουοῦν

in memoria tantum *πρεσβυτέρων* fuisset, antiquam lectionem reduxi.

[3] Haec et quae sequuntur, iisdem fere verbis exscripsit auctor Dialogi de Virt. usque ad finem §. 32. cum memorabili hac varietate *ἐπέβαινε γοῦν ἐπὶ τὸν ἵππον* (Boeckh. e Cod. Aug. *τῶν ἵππων*), et levioribus aliis ut *θαυμάσια* pro *θαυμαστά*, *ἐπαιδεύσατο* pro *ἐδίδαξε*, etc. Meminit nostri loci Plutarchus quoque in Themistocl. c. ult.

[4] Vid. Ind. in Ἔχεσθαι. Oppositum autem hoc iis quae Themistocles ipse docere poterat filium, nec tamen docuit.

[1] Vulgo *ἐν τοῖς ἀρίστοις*. Atticam formulam ex optimis codd. Vat. et Clark. restituit Be. Vid. de ea Gramm. §. 137. Hemst. ad Lucian. Somn. 2. Wolf. ad Reiz. de Acc. Incl. p. 21. Cf. ad Crit. 1. not. 9. — Tum pro vulg. *τῶν προτέρων* adverbialem formam hic dedi e Ven. Ξ et Par. B, in quo ita correctum. Vid. supra ad 31. a.

[2] Lysimachus hic, et Melesias, Thucydidis filius, cujus statim mentio fit, in Lachete Platonis loquentes inducuntur, ubi ipsi pudorem suum declarant, quod tanto deteriores et ignobiliores patribus sint. *GED.* Omnino plurium Graecorum heroum filii noxae fuerunt: ut Phocus Phocionis, Ctesippus Chabriae. Plutarch. in Phoc. p. 744. 750. *BIESTER.*

[3] Vul-

πεποιηκέναι; τούτῳ γάρ που καὶ συγγέγονας [3], καὶ ὁρᾷς οἷός ἐστιν. εἰ δὲ βούλει, Περικλέα, οὕτω μεγαλοπρεπῶς σοφὸν ἄνδρα, οἶσθ' ὅτι δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Πάραλον καὶ Ξάνθιππον [4]. ΑΝ. Ἔγωγε. ΣΩ. Τούτους μέντοι, ὡς οἶσθα καὶ c. σὺ, ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων, καὶ μουσικὴν καὶ ἀγωνίαν καὶ τἆλλα ἐπαίδευσεν, ὅσα τέχνης ἔχεται, οὐδενὸς χείρους. ἀγαθοὺς δὲ ἄρα ἄνδρας οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι; δοκῶ μὲν, ἐβούλετο· ἀλλὰ μὴ οὐκ ᾖ διδακτόν. ἵνα δὲ μὴ ὀλίγους οἴῃ, καὶ τοὺς φαυλοτάτους Ἀθη- d. ναίων, ἀδυνάτους γεγονέναι τοῦτο τὸ πρᾶγμα, ἐνθυμήθητι ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε [5], Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Ἀθηναίων. τὸν μὲν γὰρ Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ. οὗτοι δέ που ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα πα-

[3] Vulgo *καὶ σὺ συγγέγ.* Bekker bonos codd. Vat. Coisl. Ven. Ξ sequens pronomen omisit: cui lectioni ii quoque codd. astipulantur, qui habent *καὶ σὺ γέγονας*. Quodsi dicere voluisset Socrates, quod volunt qui vulgatae patrocinantur, *αὐτός* dixisset non *σύ*. Sed longe melius *συγγέγονας* opponitur superiori *ἀκήκοας*.

[4] Vid. ad Alcib. I. 31.

[5] Thucydides hic, Melesiae fil., non confundendus cum historico celeberrimo Olori filio, Periclis in republica adversarius erat; et, sicut hic plebis studiosus erat, ita Thucydidem optimates ducem habebant, donec Periclis artibus in exilium abire coactus est. Vid. Plutarch. in Pericle p. 155 seqq. *GED.*

Verba *ὀλίγους καὶ τοὺς φαυλοτάτους* paulo inferius resumuntur et explicantur his, *ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θ. φαῦλος ἦν καὶ οὐκ ἦσαν αὐτῷ πλεῖστοι φίλοι κ. τ. ἑ.* Hoc itaque dicit, Thucydidem imprimis documento esse, non valere illud de hominibus infimae sortis neque de paucis admodum, cum homo tam potens ac generosus ipse in amicis, quos per Graeciam habuerit omnium plurimos, neminem tamen illi negotio idoneum invenerit. Non immerito tamen haerent viri docti in eo quod verba illa *ἵνα δὲ μὴ — φαυλοτάτους* statim subjiciuntur mentioni virorum ornatissimorum et proxime quidem Periclis, quasi hic aliquo modo dici potuerit *φαῦλος* h. e., ut vidimus, neque generosus neque potens. Neque ego aliter rem expedire possum, nisi ut negligentius neque ullo ad superiora exempla respectu, sed velut extrinsecus hunc transitum fecerit scriptor ad Thucydidem, quem ut hominem divitem et optimatium principem, aliquo modo tanquam cumulum ceteris videtur potuisse adjicere. Quae ratio an aliquantum forte adjuvari possit, si pro *μὴ* legatur *μηδαμῇ*, dubitanter admodum propono. Stallbaumius emendat — *ὀλίγους οἴῃ, καὶ οὐ τοὺς φαυλοτάτους.*

[1] Ullri-

34 λαίειν. ἢ οὐ μέμνησαι; ΑΝ. Ἔγωγε, ἀκοῇ. ΣΩ. Οὐκοῦν δῆλον, ὅτι οὗτος οὐκ ἄν ποτε, οὗ μέν ἐδέι δαπανάμενον διδασκειν, ταῦτα μὲν ἐδίδαξε τοὺς παῖδας τοὺς αὑτοῦ· οὗ δὲ οὐδὲν ἔδει ἀναλώσαντα ἀγαθοὺς ἄνδρας ποιῆσαι, ταῦτα
b. δὲ οὐκ ἐδίδαξεν, εἰ διδακτὸν ἦν [1]. ἀλλὰ γὰρ ἴσως ὁ Θουκυδίδης φαῦλος ἦν, καὶ οὐκ ἦσαν αὐτῷ πλεῖοι φίλοι Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων; καὶ οἰκίας μεγάλης ἦν, καὶ ἐδύνατο μέγα ἐν τῇ πόλει καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὥστε, εἴπερ ἦν τοῦτο διδακτὸν, ἐξευρεῖν ἄν [2] ὅστις ἐμέλλεν αὐτοῦ τοὺς υἱεῖς ἀγαθοὺς ποιήσειν, ἢ τῶν ἐπιχωρίων τις ἢ τῶν ξένων, εἰ αὐτὸς μὴ ἐσχόλαζε διὰ τὴν τῆς πόλεως ἐπιμέλειαν ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἑταῖρε Ἄνυτε, μὴ οὐκ ἦ διδακτὸν ἀρετή.
c. ΑΝ. Ὦ Σώκρατες, ῥᾳδίως μοι δοκεῖς κακῶς λέγειν ἀνθρώπους. ἐγὼ μὲν οὖν ἄν σοι συμβουλεύσαιμι, εἰ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, εὐλαβεῖσθαι. ὡς ἴσως μὲν καὶ ἐν ἄλλῃ πόλει ῥᾴδιόν [3] ἐστι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἢ εὖ, ἐν τῇδε δὲ καὶ πάνυ. οἶμαι δέ σε καὶ αὐτὸν εἰδέναι.

[1] Ullrichius vocem *οὗ*, in his *οὗ μὲν — οὗ δὲ* — ita tuetur ut sit genitivus mercis (vid. supra 28. not. 6.). Sed nullum adhuc exemplum inveni constructionis *δαπανᾶν τινος*, cum plena sint omnia illius *δαπανᾶν εἴς τι*. Quare nunc etiam unice faveo Fischeri rationi, in notis ad Dial. de Virt. 6., ubi haec omnia totidem verbis leguntur, loco autem istius *οὗ* bis prostat *οἷ*, eandem formam nostro quoque loco reddi jubentis. Eleganter enim adverbium *οἷ* positum pro *εἰς ἅ s. εἰς ὅ*; plane ut *ὅθεν ζῶ* dicitur pro *ἀφ' ὧν ζῶ*. Neque tamen incongrue Stallbaumius vulgatam ita explicat, ut *οὗ* (h. e. *ὅπου*) dictum sit pro *ἐν οἷς*. — Proba quoque est Gedikii sententia pro *ταῦτα δὲ* ex eodem dialogo rescribere suadentis *τοῦτο δὲ*, tum ob proxime succedens *διδακτόν*, tum ob sensum, cum ceteris artibus omnibus studium virtutis commodius opponatur ita *ταῦτα μὲν — τοῦτο δὲ* —. Nam quae ad tuendam in hoc quoque vulgatam dixit Ullrichius, valent ea quidem ad explicanda seu potius excusanda si qua sunt extra dubium posita: sed non fortasse ad recusanda quae e fonte non contemnendo aptiora offeruntur. Mirum enim esset si ab illius dialogi consarcinatore in Platonis verba bis illatum esset quod exquisitius et concinnius judicandum sit. — De duplici denique *μὲν — μὲν — δέ — δέ* — vid. Exc. meum ad Demosthenis Mid. p. 129.

[2] In Dial. de Virt. l. l. est *ἐξεῦρεν ἄν*, non minus apte. — Mox ad *αὑτοῦ* vid. Ind. Lat. in v. Genitivus.

[3] Legendum *ῥᾷον* (PAION). Quam emendationem confirmatam ab Heind. ad Phaedon. 41. nunc Be. quoque et Schlei-

95. ΣΩ. Ὦ Μένων, Ἄνυτος μέν μοι δοκεῖ χαλεπαίνειν· 35
καὶ οὐδὲν θαυμάζω· οἴεται γάρ με πρῶτον μὲν κακηγορεῖν
τούτους τοὺς ἄνδρας· ἔπειτα ἡγεῖται καὶ αὐτὸς εἶναι εἷς
τούτων. ἀλλ' οὗτος μέν, ἐάν ποτε γνῷ οἷόν ἐστι τὸ κακῶς
λέγειν, παύσεται χαλεπαίνων· νῦν δὲ ἀγνοεῖ. Σὺ δέ μοι b.
εἰπέ, οὐ καὶ παρ' ὑμῖν [1] εἰσι καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες; MEN.
Πάνυ γε. ΣΩ. Τί οὖν; ἐθέλουσιν οὗτοι παρέχειν αὑτοὺς
διδασκάλους τοῖς νέοις, καὶ ὁμολογεῖν διδασκαλοί τε εἶναι,
ἢ διδακτὸν ἀρετήν [2]; MEN. Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρα-
τες· ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἂν αὐτῶν ἀκούσαις ὡς διδακτόν, τοτὲ
δὲ ὡς οὔ. ΣΩ. Φῶμεν οὖν τούτους διδασκάλους εἶναι τού-
του τοῦ πράγματος, οἷς μηδὲ αὐτὸ τοῦτο ὁμολογεῖται;
MEN. Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τί δαὶ δή; οἱ c.
σοφισταί σοι οὗτοι, οἵπερ μόνοι ἐπαγγέλλονται, δοκοῦσι δι-
δασκαλοι εἶναι ἀρετῆς; MEN. Καὶ Γοργίου μάλιστα, ὦ
Σώκρατες, ταῦτα ἄγαμαι, ὅτι οὐκ ἄν ποτε αὐτοῦ τοῦτο
ἀκούσαις ὑπισχνουμένου· ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καταγελᾷ,
ὅταν ἀκούσῃ ὑπισχνουμένων. ἀλλὰ λέγειν οἴεται δεῖν ποιεῖν

Schleierm. adoptarunt. Quod autem Ullrichius, nimis gravem hanc civitatis Atheniensium reprehensionem esse putat, id mihi quidem secus esse videtur; certe plane talis est haec oratio qualem homini inimico tribuerit Plato. Quodsi, facile esse utrumque, dicere voluisset scriptor, tunc per *καί*, non *ἤ*, sententiarum nexum fecisset. In fine autem dictionis hoc sensu plane absonum est istud *ἤ εὖ*, cujus nulla prorsus in minaci oratione vis apparet. Quod denique observat Ullrichius, vocem *πάνυ* non recte aptari comparativo *ῥᾷον*, id verum est sane: at non debet aptari illa quidem hic, non magis certe quam in usitatissima responsione *πάνυ γε*, quae omni loquendi formae subjungitur. Neque tamen quenquam celabo in Vat. 2. omitti verba *ἢ εὖ*. Quod nescio an sit a corrigente. Mihi certe cum his verbis ipse orationis sal videtur perire.

[1] H. e. in Thessalia. Sic optimi codd. ut jam olim Gedikius legendum viderat pro vulg. *ἡμῖν*.

[2] Et vis sententiae et praegressa particula nos jubent corrigere *καὶ διδακτὸν ἀρετήν*. Ac multo frequentior est in veterum libris illarum particularum confusio, quam adhuc monitum est a viris doctis. *WOLF.* Cum tamen haud raro *τε — ἤ — sibi* respondentia inveniantur (vid. Theaet. 4. et ibi Heind.), non inepte Ullrichius hic quoque hanc loquendi formam tuetur, ut disjunctivo hoc *ἤ* illud dicat Socrates: „aut si qui proborum illorum virorum non diserte dicunt, se esse virtutis magistros, num illud tamen dicunt, quod ut supra (26. b. c.) vidimus eodem redit, posse eam doceri."

δεινούς [3]. ΣΩ. Οὐδ' ἄρα σοι δοκοῦσιν οἱ σοφισταὶ διδά-
d. σκαλοι εἶναι. MEN. Οὐκ ἔγωγε λέγειν, ὦ Σώκρατες. καὶ
γὰρ αὐτὸς ὅπερ οἱ πολλοὶ πέπονθα· τοτὲ μέν μοι δοκοῦσι,
τοτὲ δὲ οὔ. ΣΩ. Οἶσθα δὲ, ὅτι οὐ μόνον σοί τε καὶ τοῖς
ἄλλοις τοῖς πολιτικοῖς [4] τοῦτο δοκεῖ τοτὲ μὲν εἶναι διδα-
κτὸν, τοτὲ δ' οὔ; ἀλλὰ καὶ Θέογνιν τὸν ποιητὴν οἶσθ' ὅτι
36 ταυτὰ ταῦτα λέγει; MEN. Ἐν ποίοις ἔπεσιν; ΣΩ. Ἐν
τοῖς ἐλεγείοις [1], οὗ λέγει·

Καὶ παρὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε· καὶ μετὰ τοῖσιν
Ἵζε, καὶ ἄνδανε τοῖς, ὧν μεγάλη δύναμις.
Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσιν
Συμμίσγῃς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

οἶσθ' ὅτι ἐν τούτοις μὲν ὡς διδακτοῦ οὔσης τῆς ἀρετῆς λέ-
b. γει. MEN. Φαίνεταί γε. ΣΩ. Ἐν ἄλλοις δέ γε ὀλίγον
μεταβάς, Εἰ δ' ἦν ποιητὸν, φησὶν, καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,
λέγει πως [2], ὅτι Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον
οἱ δυνάμενοι τοῦτο ποιεῖν, καὶ

Οὔποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ πατρὸς ἔγεντο κακός, P. 9
Πειθόμενος μύθοισι σαόφροσιν. ἀλλὰ διδάσκων
Οὔποτε ποιήσεις τὸν κακὸν ἄνδρ' ἀγαθόν.

Ἐννοεῖς, ὅτι αὐτὸς αὑτῷ πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν τἀναντία

[3] v. Ind. in Ἄγασθαι et Οἶσθαι.

[4] v. Ind.

[1] Apparet hinc, Theognidem alia quoque poëmata heroico, ut videtur, metro scripsisse. Verbum autem ἔπη latiori significatu elegos etiam comprehendit. Vid. de his fusius agentem Franckium in Callino p. 85 sqq. — Mox primus Theognidis versus in edd. harum sententiarum (v. 33.) aptius ita scribitur *Καὶ μετὰ τοῖσιν π. κ. ἔ. καὶ παρὰ τοῖσιν.* In ultimo autem versu et hic et ibi male olim editum erat *Συμμιγῇς*, quod corrigebant alii *συμμιγέης*, alii *συμμιχθῇς*. Nunc Be. ex uno Theognidis codice utrobique edidit *συμμίσγῃς* quod unus etiam Xenophontis codex praebet in Mem. 1, 2, 20. ubi vid. Schneid. Rem conficit indubitata in Theognidis versu 119. (Be. 1165.) scriptura, *Τοῖς ἀγαθοῖς σύμμισγε.*

[2] *Φησὶν — λέγει —.* Alterum horum verborum superfluum: sed *φησὶν* in sermone communi ipsis alicujus verbis sic solet interseri, allo nihilominus verbo, *λέγειν* maxime, sententiam cum cetera oratione conjungente. Cf. Heind. ad Cratyl. 62. — Ceterum in Edd. Theogn. (427. Be. 435.) metro jubente legitur *ποιητόν τε*; orationis autem series hic paulum est immutata.

[3] Vera

λέγει; *MEN.* Φαίνεται. *ΣΩ.* Ἔχεις οὖν εἰπεῖν ἄλλου ὁ- c.
τουοῦν πράγματος, οὗ οἱ μὲν φάσκοντες διδάσκαλοι εἶναι,
οὐχ ὅπως ἄλλων διδάσκαλοι ὁμολογοῦνται [3], ἀλλ' οὐδὲ αὐ-
τοὶ ἐπίστασθαι, ἀλλὰ πονηροὶ εἶναι περὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ
πρᾶγμα, οὗ φασι διδάσκαλοι εἶναι; οἱ δὲ ὁμολογούμενοι
αὐτοὶ καλοὶ κἀγαθοὶ τοτὲ μέν φασιν αὐτὸ διδακτὸν εἶναι,
τοτὲ δὲ οὔ; τοὺς οὖν οὕτω τεταραγμένους περὶ ὁτουοῦν
φαίης ἂν σὺ κυρίως διδασκάλους εἶναι; *MEN.* Μὰ Δί' 37
οὐκ ἔγωγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν, εἰ μήτε οἱ σοφιταὶ, μήτε οἱ αὐτοὶ
καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες, διδάσκαλοί εἰσι τοῦ πράγματος, δῆλον

[3] Vera structura esse debebat: *Ἔχεις εἰπεῖν ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα, οὗ — ὁμολογοῦνται*: sed nomen prioris propositionis applicuit se genitivo pendentis inde relativi. Idem accidit paulo inferius (37. b.) in his: *ὡμολογήκαμεν, πράγματος οὗ μήτε διδάσκαλοι κ. τ. λ., τοῦτο διδακτὸν μὴ εἶναι*, pro *τοῦτο πρᾶγμα, οὗ —*. Aliqua tamen est inter haec diversitas. Quippe in posteriori exemplo in ipsa mente sic revera conceptum est: *ὡμολογήκαμεν, τοῦτο πρᾶγμα — εἶναι*: sed dum accusativus proxime praecedit genitivum *οὗ*, ipse transit in genitivum mera *attractione*; quam *attractionem inversam* dicimus, ob vulgatiorem illam, qua relativum nomini alterius propositionis se applicat. Et ad inversam quidem hanc attractionem spectant pleraque exempla allata a me in Gramm. §. 151. (138.) I, 4. Matth. Gr. §. 474. c. Heind. ad Lys. 40. In hoc nostro autem exemplo, quanquam ob externam sermonis conformationem eidem attractionis rationi commode id accenseas, praevalet tamen *anacoluthia* quaedam. Quod facillime sentias in loco Homerico hujus formae prototypo Il. σ, 192. *Ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα τοῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω*. Soloece vulgo, quod verbo hic monere sufficiat, editur ibi *τεῦ ἄν*: *τίς* enim, unde est *τεῦ*, post *οὕτις* relativi locum obtinere nequit: veram scripturam porrigit Cod. Vind. ap. Alter. neque dubito, quin plures; e quibus rem nullius scilicet momenti enotare supersederunt critici. Ibi itaque dum dicit Achilles *Ἄλλου δ' οὔ τευ* sententiam primariam in animo habet hanc: *Ἄλλου δ' οὕτινος τεύχεα δύομ' ἄν*: sed statim transiens in hanc loquendi formam, *οὐκ· οἶδα οὕτινος τεύχεα δύω*, ambas conjungit. Ita nostro loco primaria sententia est *Ἔχεις εἰπεῖν ἄλλου ὁτουοῦν πράγματος διδασκάλους*: sed explicatius mox loquens transit in hanc formam: (*Ἔχεις εἰπεῖν ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα*), *οὗ οἱ μὲν φάσκοντες διδάσκαλοι εἶναι*: quorum causa tamen prior illa non mutat. Atque huc pertinet etiam illud, quod infra §. 41. emendatius nunc scribitur ita: *εἰ μὴ ἐπιστήμῃ, εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ — χρώμενοι, τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν*, ut ibi exponemus.

De verbo *Ὁμολογεῖν* vid. Ind. — et de formula *οὐχ ὅπως*, quae h. l. valet *non modo non*, vid. Gramm. §. 150. (137.)

[1] Codd.

ὅτι οὐκ ἂν ἄλλοι γε. ΜΕΝ. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί. ΜΕΝ. Δοκεῖ μοι ἔχειν
b. ὡς λέγεις. ΣΩ. Ὡμολογήκαμεν δέ γε, πράγματος οὗ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, τοῦτο διδακτὸν μὴ εἶναι [1]; ΜΕΝ. Ὡμολογήκαμεν. ΣΩ. Οὐκοῦν ἀρετῆς οὐδαμοῦ φαίνονται διδάσκαλοι. ΜΕΝ. Ἔχει ταῦτα. ΣΩ. Εἰ δέ γε μὴ διδάσκαλοι, οὐδὲ μαθηταί. ΜΕΝ. Φαίνεται οὕτως. ΣΩ.
c. Ἀρετὴ ἄρα οὐκ ἂν εἴη διδακτόν. ΜΕΝ. Οὐκ ἔοικεν, εἴπερ ὀρθῶς ἡμεῖς ἐσκεμμεθα. ὥστε καὶ θαυμάζω δὴ, ὦ Σώκρατες, πότερόν ποτε οὐδ' εἰσὶν ἀγαθοὶ ἄνδρες, ἢ τίς ἂν εἴη
d. τρόπος τῆς γενέσεως τῶν ἀγαθῶν γιγνομένων [2]. ΣΩ. Κινδυνεύομεν, ὦ Μένων, ἐγώ τε καὶ σὺ φαῦλοί τινες εἶναι ἄνδρες, καὶ σέ τε Γοργίας οὐχ ἱκανῶς πεπαιδευκέναι, καὶ ἐμὲ Πρόδικος [3]. παντὸς μᾶλλον οὖν προσεκτέον τὸν νοῦν ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ ζητητέον ὅστις ἡμᾶς ἐνί γέ τῳ τρόπῳ [4] βελ-
e. τίους ποιήσει. λέγω δὲ ταῦτα, ἀποβλέψας πρὸς τὴν ἄρτι ζήτησιν· ὡς ἡμᾶς ἔλαθε καταγελάσως, ὅτι οὐ μόνον ἐπιστήμης ἡγουμένης ὀρθῶς τε καὶ εὖ τοῖς ἀνθρώποις πράττεται τὰ πράγματα, ἢ ἴσως καὶ διαφεύγειν ἡμᾶς τὸ γνῶναι [5] τίνα

[1] Codd. opt. et plur. miro consensu *τοῦτο μήτε διδακτὸν εἶναι*, unde Be. fecit, τ. *μηδὲ δ. ε.* Cui obstare videtur quod supra 26. c., unde haec verba repetita sunt, legitur *μὴ διδακτὸν ε.* Sed re diligentius considerata vix dubito quin ibi quoque *μηδὲ* scribendum sit. Nam in eo quod ibi praecedit *εἰ ἔχει διδακτὸν —, ἀναγκαῖον αὐτοῦ καὶ διδασκάλους καὶ μαθητὰς εἶναι* prius *καί* valet *etiam*, cui respondere debet in sententia negativa statim subjecta *μηδέ*. Syllabam *δέ* autem in his *μηδὲ διδακτόν* absorptam ibi esse nihil mirum, ut neque id, quod hic *μηδέ* transiit in *μήτε* ob eandem vocem bis praemissam.

[2] Cod. Coisl. om. *γιγνομένων*: e correctione, opinor. Vulgatam sic dispice „aut si quidem fiant, quomodo fiant."

[3] Non sine cavillatione Prodici discipulum se dicere Socratem facile credo. Quamvis autem nonnisi scholas ejus de nominum rectitudine aliquoties, neque has sine irrisione, memoret, ut Protag. 341. a. (*ἐγὼ ἔμπειρος*, ejus artis scilicet, *διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι Προδίκου τουτουΐ*) Cratyl. 384. b.: tamen alia quoque apud illum audisse eum, hoc ipso loco significatur.

[4] Vid. Ind. *Ἐνί*.

[5] Inter voces *ἢ ἴσως* interserta vulgo leguntur haec, *εἰ μὴ τοῦτο δοίημεν, ὡς οὐ μόνον ἐπιστήμης ἀλλὰ καὶ ἄλλου τινός*: quae tamen neque apud Ficinum, neque in Clarkiano, neque in ullo e duodecim codicibus quos Bekker contulit, leguntur, praeter Paris. E, in cujus margine a recentiore manu scripta sunt. Itaque

ποτὲ τρόπον γίγνονται οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. ΜΕΝ. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ΣΩ. [r]Ωδε. ὅτι μὲν τοὺς [1] ἀγα- 38
θοὺς ἄνδρας δεῖ ὠφελίμους εἶναι, ὀρθῶς ὡμολογήκαμεν τοῦ-
97. τό γε, ὅτι οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. ἦ γάρ; ΜΕΝ. Ναί. ΣΩ. Καὶ ὅτι γε ὠφέλιμοι ἔσονται, ἂν ὀρθῶς ἡμῖν ἡγῶνται τῶν πραγμάτων, καὶ τοῦτό που καλῶς ὡμολογοῦμεν; ΜΕΝ. Ναί. ΣΩ. [c]Οτι δ' οὐκ ἔξιν ὀρθῶς ἡγεῖσθαι, ἐὰν μὴ φρόνιμος ᾖ [2], τοῦτο ὅμοιοί ἐσμεν οὐκ ὀρθῶς ὡμολογηκόσι. ΜΕΝ. Πῶς δὴ ὀρθῶς λέγεις; [3] ΣΩ. Ἐγὼ ἐρῶ. εἴ τις b.
εἰδὼς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Λάρισαν, ἢ ὅποι βούλει ἄλλοσε, βαδίζοι [4] καὶ ἄλλοις ἡγοῖτο, ἄλλο τι ὀρθῶς ἂν καὶ εὖ ἡγοῖτο; ΜΕΝ. Πάνυ γε. ΣΩ. Τί δ', εἴ τις ὀρθῶς μὲν δοξάζων ἥτις ἐστὶν ἡ ὁδός, ἐληλυθὼς δὲ μὴ, μηδ' ἐπιστάμε-

que recte haec consideranti dubium esse non potest, verba haec, quae nulla vera auctoritate nituntur, a Platone profecta non esse, sed margini olim allita ab eo qui vim illius ἦ, quod est pro εἰ δὲ μή, (vid. Hoogev. Schütz. p. 312. 313.), disertius eloqui simulque, ad explicandum superius οὐ μόνον, digitum ad insequentia intendere vellet verbo (ἄλλα καὶ ἄλλου τινός). Vidit et exposuit hoc Ullrichius. Nos in expellendis interpretamentis alias minime proni in re tam aperta non haesitavimus.

In Infinitivo διαφεύγειν autem temere olim offensum est, quasi non recte penderet a verbo ἔλαθεν. Solet enim post voculam ἦ hoc sensu usurpatam sic negligentius addi Infinitivus: Protag. p. 323. a. παντὶ προσῆκον ταύτης γε μετέχειν τῆς ἀρετῆς, ἢ μὴ εἶναι πόλεις, ubi vid. Heind. Phaedr. p. 245. e. τοῦτο οὔτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίγνεσθαι δυνατὸν ἢ πάντα οὐρανὸν — σῆναι: 271. d. δεῖ δὴ — δύνασθαι ἀκολουθεῖν ἢ μηδὲ εἰδέναι. In omnibus autem his exemplis Infinitivus vicem gerit Optativi cum ἄν. Memorandum tamen, nostro loco διαφεύγει inventum esse in tribus Florentinis, in quibus x.

[1] Sic Be. e codd. Vulgo τοὺς μὲν ἀγ. minus bene: non enim boni viri opponuntur aliis, sed assertio haec subsequenti negationi, [c]Οτι δ' οὐκ ἔξιν —.

[2] Sc. ὁ ἡγούμενος, v. supra ad §. 12. b.

[3] Respicitur prius ὀρθῶς e binis quae sunt in Socratis sermone proximo: quo cum significarit ille, posse talem quoque ὀρθῶς ἡγεῖσθαι, recte nunc interrogatur, quomodo intelligat illud ὀρθῶς.

[4] In edd. ante Be. εἰ repetitur ante βαδίζοι: quod ob interjectum sermonem non damnarem si in ullo codice utrumque εἰ inventum esset. Sed in optimis et plurimis deest utrumque, in paucis alterutrum. — De scriptura Λάρισα v. ad §. 1. b.

[5] Fa-

νος [5], οὐ καὶ οὗτος ἂν ὀρθῶς ἡγοῖτο; ΜΕΝ. Πάνυ γε.
c. ΣΩ. Καὶ ἕως γ' ἄν που ὀρθὴν δόξαν ἔχῃ περὶ ὧν ὁ ἕτερος ἐπιζήμην, οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν ἔσται, οἰόμενος μὲν ἀληθῆ, φρονῶν δὲ μή, τοῦ τοῦτο φρονοῦντος. ΜΕΝ. Οὐδὲν
d. γάρ. ΣΩ. Δόξα ἄρα ἀληθὴς πρὸς ὀρθότητα πράξεως οὐδὲν χείρων ἡγεμὼν φρονήσεως. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ νῦν δὴ παρελείπομεν ἐν τῇ περὶ τῆς ἀρετῆς σκέψει, ὁποῦόν τι εἴη, λέγοντες ὅτι φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν. τὸ δὲ ἄρα καὶ δόξα ἦν ἀληθής [6]. ΜΕΝ. Ἔοικέ γε. ΣΩ.
e. Οὐδὲν ἄρα ἧττον ὠφέλιμόν ἐστιν ὀρθὴ δόξα ἐπιζήμης. ΜΕΝ. Τοσούτῳ γε, ὦ Σώκρατες, ὅτι ὁ μὲν τὴν ἐπιζήμην ἔχων, ἀεὶ ἂν ἐπιτυγχάνοι· ὁ δὲ τὴν ὀρθὴν δόξαν, τοτὲ μὲν ἂν
39 τυγχάνοι, τοτὲ δ' οὔ. ΣΩ. Πῶς λέγεις; ὁ ἀεὶ ἔχων ὀρθὴν δό-
. ξαν, οὐκ ἀεὶ ἂν τυγχάνοι, ἕωσπερ ὀρθὰ δοξάζοι [1]; ΜΕΝ. Ἀνάγκη μοι φαίνεται. ὥστε θαυμάζω, ὦ Σώκρατες, τούτου

[5] Facile e superioribus suppletur sermo ad haec participia: quare, quod dant Vind. et Veneti, εἴη ante δοξάζων manus esse videtur corrigentis.

[6] Primus monuit Heindorfius ad Theaet. 37. de formula τὸ δέ conjunctionis loco inservienti latineque vertenda *cum tamen*. Itaque facilis intellectu foret hic locus, si scriptum esset: τὸ δὲ ἄρα καὶ δόξα ἀληθὴς ὀρθῶς ἂν ἡγοῖτο. Nunc brevius istud ἦν recte, opinor, idem Heindorfius explicuit ita: „cum tamen extaret etiam opinio vera" scil. cujus ope illud fieri potest. Imperfectum autem spectat tempus superioris illius disputationis, ut supra §. 25. not. 1. Quo pacto Imperf. ἦν est pro plenîori εἶναι οὐκ ἐνενοοῦμεν. Imprimis autem conferatur ad illud Imperf. locus Alcib. I. 15. b. ubi eodem fere modo Alcib. se ipsum corrigit ita: τὸ δὲ ὧδέ πως εἶχεν: quod cave referas ad tempus illud pueritiae, cum spectet superiorem colloquii partem, et aeque bene dici potuerit, τὸ δὲ ὧδέ πως ἔχει: nunc idem est ac si scriptum esset: τὸ δὲ οὐκ ἐπενόουν ὧδέ πως ἔχειν. Neque aliter res se habet si alteram ibi lectionem sequimur, et in eundem sensum Socrates interrogat: Τὸ δὲ πῶς εἶχεν; Addantur duo loci cum Imperf. ἦν: Alcib. I. 51. extr. Ἕτερον δ' ἦν τό,τε χρώμενον καὶ ᾧ χρῆται: Alc. II. 13. c. αὕτη δ' ἦν ἡ αὐτὴ δήπου —: quibus tamen locis ἦν non est corrigentis, sed valet *esse dicebamus* vel *intelligebamus*.

[1] Vulgo οὐκ ἀεὶ τυγχάνοι ἕωσπερ ἂν ὀρθὰ δοξάζοι. Bekker codices sequens ἄν prorsus omittit: recte; cum formula ἕωσπερ ἄν Conj. poscat, in sermone autem obliquo ἕως cum optativo nudo ponatur. Vid. Gramm. §. 139. (126.), 8. Contra in priori hujus interrogationis parte quod merito Struvius desiderat, ἂν ἀεί, posui nunc dante codice Flor. x.

De

οὕτως ἔχοντος, ὅτι δήποτε πολὺ τιμιωτέρα ἡ ἐπιστήμη τῆς ὀρθῆς δόξης· καὶ διʼ ὅτι τὸ μὲν ἕτερον, τὸ δὲ ἕτερόν ἐστιν αὐτῶν. ΣΩ. Οἶσθα οὖν διότι θαυμάζεις, ἢ ἐγώ σοι εἴπω; b.
MEN. Πάνυ γʼ εἰπέ. ΣΩ. Ὅτι τοῖς Δαιδάλου ἀγάλμασιν [2] οὐ προσέσχηκας τὸν νοῦν. ἴσως δὲ οὐδʼ ἔστι παρʼ ὑμῖν. MEN. Πρὸς τί δαὶ δὴ τοῦτο λέγεις; ΣΩ. Ὅτι καὶ ταῦτα, ἐὰν μὲν μὴ δεδεμένα ᾖ, ἀποδιδράσκει καὶ δραπετεύει· ἐὰν δὲ δεδεμένα, παραμένει. MEN. Τί οὖν δή; ΣΩ. Τῶν c.
ἐκείνου ποιημάτων λελυμένον μὲν ἐκτῆσθαι, οὐ πολλῆς τινος ἄξιόν ἐστι τιμῆς ὥσπερ δραπέτην ἄνθρωπον· οὐ γὰρ παραμένει· δεδεμένον δὲ, πολλοῦ ἄξιον· πάνυ γὰρ καλὰ τὰ ἔργα ἐστί. πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας τὰς ἀληθεῖς. καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα, καὶ πάντα τἀγαθὰ ἐργάζονται [3]· πολὺν δὲ χρόνον οὐκ ἐθέλουσι παραμένειν, ἀλλὰ d.
δραπετεύουσιν ἐκ τῆς ψυχῆς τοῦ ἀνθρώπου. ὥστε οὐ πολλοῦ ἄξιαί εἰσιν, ἕως ἄν τις αὐτὰς δήσῃ αἰτίας λογισμῷ [4]. τοῦτο δʼ ἐστί, Μένων ἑταῖρε, ἀνάμνησις, ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ὡμολόγηται. ἐπειδὰν δὲ δεθῶσι, πρῶτον μὲν ἐπιστῆμαι γίγνονται, ἔπειτα μόνιμοι. καὶ διὰ ταῦτα δὴ τιμιώτερον ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης ἐστί· καὶ διαφέρει δεσμῷ ἐπιστήμη ὀρθῆς δόξης. MEN. Νὴ τὸν Δίʼ, ὦ Σώκρατες, ἔοικε τοιούτῳ τινί. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ ἐγὼ ὡς οὐκ εἰδὼς 40
λέγω ἀλλὰ εἰκάζων [1]. ὅτι δʼ ἐστί τι ἄλλοῖον ὀρθὴ δόξα

[2] De statuis Daedali vide Excursum III. huic dialogo adjectum. — Praeclara vero est allegoria. Nempe opinio aut sensus (*Meinung, Gefühl*) non ita firmiter animo inhaeret, ut neque objectionibus neque dubitationibus revelli possit; quod vero doctrina et ratione adhibita cognoscis verumque judicas, illud in tuto tibi positam est. *BIE.*

[3] E Stobaeo, qui sat longum pannum hinc in Eclogas suas Eth. transtulit (p. 362. Ed. Heeren.) varietates hasce enotavi: *ἀπεργάζονται* pro *ἐργ.* — *τιμιωτέρα* pro *τιμιώτερον* — et §. 40. extr. *ὧν δὲ ἄνθρωπος — δύο ταῦτα ἡγεῖται, δόξα α. κ. ε. SCHNEIDER.*

[4] *Ratiocinatione a causis ducta:* sic recte Ficinus.

[1] Sic Clark. Coisl. et plerique alii. Vulgo *εἰκάζω*, quod recte non procedebat nisi admissa in superioribus Struvii correctione *οὐχ ὡς εἰδώς.* Nunc melius jungitur *ὡς οὐκ εἰδὼς ἀλλʼ εἰκάζων.* Mox voculam *οὐ* ante *πάνυ* optimi quidem codices et ceterorum plurimi omittunt; perperam tamen.

καὶ ἐπιστήμη, οὐ πάνυ μοι δοκῶ τοῦτο εἰκάζειν· ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο φαίην ἂν εἰδέναι [2], ὀλίγα δ' ἂν φαίην, ἓν δ' οὖν [3] καὶ τοῦτο ἐκείνων θείην ἂν ὧν οἶδα. *MEN.* Καὶ
b. ὀρθῶς γε, ὦ Σώκρατες, λέγεις. *ΣΩ.* Τί δαί; τόδε οὐκ ὀρθῶς, ὅτι ἀληθὴς δόξα ἡγουμένη τὸ ἔργον ἑκάστης [4] πράξεως οὐδὲν χεῖρον ἀπεργάζεται ἢ ἐπιστήμη; *MEN.* Καὶ τοῦτο δοκεῖς μοι ἀληθῆ λέγειν [5]. *ΣΩ.* Οὐδὲν ἄρα ὀρθὴ δόξα ἐπιστήμης χεῖρον οὐδὲ ἧττον ὠφελίμη ἔσται εἰς τὰς πράξεις· οὐδὲ ἀνὴρ ὁ ἔχων ὀρθὴν δόξαν, ἢ ὁ ἐπιστήμην. *MEN.*
c. Ἔοικε ταῦτα. *ΣΩ.* Καὶ μὴν ὅγε ἀγαθὸς ἀνὴρ, ὠφέλιμος ἡμῖν ὠμολόγηται εἶναι. *MEN.* Ναί. *ΣΩ.* Ἐπειδὴ [6] τοίνυν οὐ μόνον δι' ἐπιστήμην ἀγαθοὶ ἄνδρες ἂν εἶεν καὶ ὠφέλιμοι ταῖς πόλεσιν, εἴπερ εἶεν, ἀλλὰ καὶ δι' ὀρθὴν δόξαν, τούτοιν δὲ οὐδέτερον φύσει ἔσται τοῖς ἀνθρώποις, οὔτε ἐπιστήμη, οὔτε δόξα ἀληθής, οὔτ' ἐπίκτητα [7]· ἢ δοκεῖ σοι φύ-

[2] Habes hic ἄν additum optativo pendenti ab εἰ, quod deflectit ab eo usu quem tradit grammatica. Sed legitimum hoc quoque esse docebunt Heindorf. ad Protag. 50. (εἴπερ ἄλλῳ τῳ ἀνθρώπων πειθοίμην ἄν, καὶ σοὶ πείθομαι) et Herm. ad Vig. num. 303. Nimirum nonnisi usitatiores verba jungendi modi regulis grammaticis memoriae traduntur, cum in ipsa lingua multa loquentium judicio variata inveniantur, quae regulis addisci vix possunt. Ita voculam ἄν adjiciebant si quando id quod *fieri posset* magis inculcare auribus volebant, quam id quod *fieret*.

[3] Particula δέ in apodosi hic posita est: quod tamen differt ab aliis orationis formis quibus alias idem fieri solet (vid. Alc. II, 10. 24.). Nam vis particulae hic refertur non ad protasin sed ad interjectum ὀλίγα δ' ἂν φαίην, quia, si hoc solum praecederet, forma sermonis foret haec: ὀλίγα μὲν ἂν φαίην εἰδέναι, ἓν δ' οὖν καὶ τοῦτο θείην ἂν ἐκείνων.

[4] Inseritur vulgo τῆς, quod omisi cum Vind. et priori manu codicis Ven. ξ.

[5] Sic Be. ex optimis et plurimis: vulgo ἀληθῶς, quod male corrigentis est: nam ἀληθῶς λέγεις τοῦτο aliud quid sonat. Pluralis autem ἀληθῆ cum λέγειν et similibus tam sollemnis est conjunctio, ut ad pluralem numerum aures non amplius advertant. Dici quidem poterat ταῦτα ἀληθῆ λέγειν, sed commodius hic ad sententiarum commissuram erat singulare τοῦτο: cujus tamen gratia insuetum auribus ἀληθὲς λέγειν inculcare atticus scriptor refugiebat.

[6] Huic ἐπειδή nulla in seqq. apodosis respondet, Socrate mox verbis ἢ δοκεῖ σοι filum orationis abrumpente.

[7] Falsam esse, quam verba οὔτ' ἐπίκτητα continent sententiam, ipsisque a Platone antea

εἰ ὁποτερονοῦν αὐτοῖν εἶναι; *MEN.* Οὐκ ἔμοιγε. *ΣΩ.* Οὐκοῦν ἐπειδὴ οὐ φύσει, οὐδὲ οἱ ἀγαθοὶ φύσει εἶεν ἄν. d. *MEN.* Οὐ δῆτα. *ΣΩ.* Ἐπειδὴ δέ γε οὐ φύσει, ἐσκοποῦμεν τὸ μετὰ τοῦτο, εἰ διδακτόν ἐστι. *MEN.* Ναί. *ΣΩ.* Οὐκοῦν διδακτὸν ἔδοξεν εἶναι, εἰ φρόνησις ἡ ἀρετή; *MEN.* Ναί. *ΣΩ.* Καὶ εἴγε διδακτὸν εἴη, φρόνησις ἂν εἴη; *MEN.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Καὶ εἰ μέν γε διδάσκαλοι εἶεν, διδακτὸν ἂν εἴη, μὴ ὄντων δὲ, οὐ διδακτόν; *MEN.* Οὕτως. *ΣΩ.* Ἀλλὰ μὴν ὡμολογήκαμεν μὴ εἶναι αὐτοῦ διδασκάλους. e. *MEN.* Ἔχει ταῦτα. *ΣΩ.* Ὡμολογήκαμεν ἄρα, μήτε διδακτὸν αὐτὸ μήτε φρόνησιν εἶναι; *MEN.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Ἀλλὰ μὴν ἀγαθόν γε αὐτὸ ὡμολογοῦμεν εἶναι. *MEN.* Ναί. *ΣΩ.* Ὠφέλιμον δὲ καὶ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ὀρθῶς ἡγούμενον. *MEN.* Πάνυ γε. *ΣΩ.* Ὀρθῶς δέ γε ἡγεῖσθαι δύ' ἐ. 99.

antea disputatis repugnare, nemo non videt. Cornarius deleri jubet. Quae cum nimis dura sit medendi ratio, legam potius, ἀλλ' ἐπίκτητα, quod ipsum in margine expositionis loco olim ascriptum fuisse Cornarius putat. *GED.* Sensum sane impediunt haec verba, cum neque de scientia neque de vera opinione adhuc demonstratum sit, parta non esse; ut facilius utique omnia procederent si haec verba abessent. Sed cum interpolationis nullum extrinsecus vestigium accedat, vox ἐπίκτητα quae in Phaedro (p. 237. d.) sensu latiori posita est, angustissimo hic est intelligenda, de eo quod quis suo sibi arbitrio acquirit. Nam in Phaedro etiamsi non sua ibi Socrates persona loquatur, sermo est nonnisi de serius eveniente perfectione. *SCHLEIERM.* Verba in Phaedro sunt haec: ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύο τινὲ ἔχον ἰδέα ἄρχοντε —, ἡ μὲν ἔμφυτος οὖσα, ἐπιθυμία ἡδονῶν, ἄλλη δὲ ἐπίκτητος, δόξα ἐφιεμένη τοῦ ἀρίστου. De voluntaria autem acquisitione vocem ἐπίκτητος nostro loco eo minus intelligere possum, quod cum τοῖς φύσει opponuntur τὰ ἐπίκτητα, vis oppositionis non est in verbo κτᾶσθαι sed in praepositione ἐπί. Itaque quoquo me versem sententiam servatis his verbis non expedio. Vestigium autem adulteratae lectionis quamvis pusillum hoc tamen esse possit, quod vox οὔτε hoc tertio loco stare non potest: quod pulchre vidit Be. ideoque e ratione grammatica (non e codd. ut per errorem scripsit in novissima sua edit. Schleierm.) reposuit οὐδ'. Praeterea in cod. Paris. E voci οὔτ' suprascriptum ἀλλ', quod speciem sane habet correctionis qualem Gedikius postea proposuit: sed quanam alia ratione verbum ἐπίκτητα sensum intrare possit equidem non video. Finire abruptam apodosin poterat Socrates haec sententia, οὐδέτερον φύσει ἐστί: sed addere etiam more antiquo contrarium, ἀλλ' ἐπίκτητα. Quanquam omnium probabilissima fortasse est Cornarii ratio.

[1] Vid.

ὄντα ταῦτα μόνα, δόξαν τε ἀληθῆ καὶ ἐπιςήμην, ἃ ἔχων ἄνθρωπος ὀρθῶς ἡγεῖται. τὰ γὰρ ἀπὸ τύχης γιγνόμενα, οὐκ ἀνθρωπίνῃ ἡγεμονίᾳ γίγνεται· ᾧ δὲ ἄνθρωπος ἡγεμών ἐςιν ἐπὶ τὸ ὀρθὸν, δύο ταῦτα, δόξα ἀληθὴς καὶ ἐπιςήμη [1].

41 MEN. Δοκεῖ μοι οὕτως. ΣΩ. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ οὐ διδακτόν ἐςιν, οὐδ' ἐπιστήμῃ δὴ ἐπιγίγνεται ἡ ἀρετή [2]. MEN. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Δυοῖν ἄρα ὄντοιν ἀγαθοῖν καὶ ὠφελίμοιν, τὸ μὲν ἕτερον ἀπολέλυται, καὶ οὐκ ἂν εἴη ἐν πολιτικῇ πρά-

b. ξει ἐπιστήμη ἡγεμών. MEN. Οὔ μοι δοκεῖ. ΣΩ. Οὐκ ἄρα σοφίᾳ τινὶ οὐδὲ σοφοὶ ὄντες οἱ τοιοῦτοι ἄνδρες ἡγοῦντο ταῖς πόλεσιν, οἱ ἀμφὶ Θεμιστοκλέα τε καὶ οὓς ἄρτι Ἄνυτος ὅδε ἔλεγε. διὸ καὶ οὐχ οἷοίτε ἄλλους ποιεῖν τοιούτους οἷοι αὐτοί εἰσιν, ἅτε οὐ δι' ἐπιστήμην ὄντες τοιοῦτοι. MEN. Ἔοι-

c. κεν οὕτως ἔχειν, ὦ Σώκρατες, ὡς λέγεις. ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ἐπιστήμῃ [3], εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ οἱ πολιτικοὶ ἄνδρες χρώμενοι τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν, οὐδὲν διαφερόντως ἔχοντες πρὸς τὸ φρονεῖν, ἢ οἱ χρησμῳδοί τε καὶ οἱ θεομάντεις. καὶ γὰρ οὗτοι λεγουσι μὲν ἀληθῆ καὶ πολλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. MEN. Κινδυνεύει οὕτως ἔχειν. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὦ Μένων, ἄξιον, τούτους θείους καλεῖν τοὺς ἄνδρας, οἵτινες νοῦν μὴ ἔχοντες πολλὰ καὶ μεγάλα κατορ-

[1] Vid. not. 3. ad §. 39.

[2] Lego οὐδ' ἐπιςήμῃ δὴ ἔτι γίγνεται ἀρετή: nusquam enim de eo quaesitum est, an ἐπιςήμῃ, *per scientiam*, virtus acquiratur, sed an ipsa sit ἐπιςήμη, quam discendo igitur adipiscamur. Neque alibi in hac disputatione lectum est verbum ἐπιγίγνεσθαι. SCHLEIERM. Accedo huic sententiae: nam in sequentibus verba ἅτε οὐ δι' ἐπιςήμην idem valent ac si dixisset δι' ἐπιςήμην οὖσαν ἀρετήν. Accedit *Ficini* interpretatio. „Igitur cum virtus doctrina percipi nequeat; nequaquam scientia est".

[3] Sic pro vulg. ἐπιςήμη recte nunc scribitur: uterque autem dativus ἐπιςήμῃ et εὐδοξίᾳ eo quem ad 36. c. indicavimus modo explicandus est. Nimirum sermonem incipit scriptor in animo habens, εἰ μὴ ἐπιςήμῃ, εὐδοξίᾳ δὴ τὰς πόλεις ὀρθοῦσιν: huic autem jungit alterum modum ita proprie concipiendum, εὐδοξίᾳ δὴ τὸ λοιπὸν γίγνεται, ᾗ χρώμενοι κ. τ. λ. Quodsi quis putet magis consentaneum esse, nulla fere mutatione scribere, εἰ μὴ ἐπιςήμῃ, εὐδοξίᾳ δὴ — γίγνεται κ. τ. λ. non est cur multum ei repugnemus: sed illa quae superiori loco contemplavimus exempla, quid ingenium linguae in tali oratione praeferat monstrant, alterque dativus εὐδοξίᾳ, quem libri omnes tenent, verae scripturae plus quam vestigium est.

[4] Sca-

θοῦσιν ὧν πράττουσι καὶ λέγουσι [4]. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Ὀρθως ἂν καλοῖμεν θείους τε οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν d. χρησμῳδοὺς καὶ μάντεις, καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας [5]. καὶ τοὺς πολιτικοὺς οὐχ ἧκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν, ἐπίπνους ὄντας καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα, μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι. MEN. Πάνυ γε. ΣΩ. Καὶ αἵ γε γυναῖκες δήπου, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς e. ἄνδρας θείους καλοῦσι· καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, θεῖος ἀνήρ, φασὶν, οὗτος [6]. MEN. Καὶ φαίνονταί γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγειν. καίτοι ἴσως Ἄνυτος ὅδε σοι ἄχθεται λέγοντι. ΣΩ. Οὐδὲν μέλει ἔμοιγε. τούτῳ μὲν, ὦ Μένων, καὶ αὖθις διαλεξόμεθα. εἰ δὲ νῦν 42 ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ

[4] Scabra oratio: ἐκείνων, ἃ πράττουσι καὶ λέγουσι, πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθοῦσιν: quod, si vere ita scripsit Plato, in hunc modum videtur esse explicandum: πολλὰ ἂν πράττουσι καὶ λέγουσι μεγάλα ἐξὶ κατορθώματα. Longe simplicius tamen videtur, mutata tantum littera *N* in Δ*I* legere: κατορθοῦσι δι' ὧν. Ficinus: *multa tamen ac magna et agendo et dicendo disponunt.*

[5] Scribendum aut Ὀρθῶς οὖν ἂν καλ. cum Be. et correctore codicis Par. F, aut *O.* ἄρ' ἄν cum Stallbaumio ex codicis Flor. x. *O.* ἄρα. Fic. *Quamobrem merito divinos vocabimus* —. Tum notanda trajectio voculae τέ. Nam cum naturalis ordo esset hic, καλοῖμεν θείους, οὓς τε νῦν δὴ — μάντεις καὶ τοὺς π., particula τέ applicuit se praecedenti θείους. Qualia plura notavit in Platonis dialogis Heindorfii diligentia: vid. Ind. in Phaedonem cet. sub v. τε: e. g. Protag. 42. ἐφ' ᾧ δὲ ἥ τε ζημία θάνατος αὐτῶν τοῖς παισὶ καὶ φυγαὶ —, ubi τε poni debebat post θάνατος. Sic etiam Herod. 6, 86, 1. ταῦτά τε ὧν ἐπιλεγομένῳ καὶ βουλευομένῳ, ubi nihil sequitur quod ad ταῦτά τε referri possit. Vid. et infra Crit. 1. not. 4.

[6] Casaub. ad Athen. 8, 16. p. 631. reponi jubet, secundum dialectum Laconicam, σεῖος ἀνήρ, idque firmare studet Aristotelis loco Eth. Nicom. 7, 1. καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα τινα, Σεῖος ἀνὴρ, φασίν. Quam emendationem in Platone quidem probat *Fischer* (ad Aeschin. 1, 13.); in Dialogo autem de Virtute, loco e Menone excerpto, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι — θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι, communem formam, quippe ob mutatum sermonem ab auctore positam, intactam reliquit. Sed vide ne ipse Plato hanc litteras etiam sonosque alienioris dialecti servandi nimiam duxerit diligentiam.

[1] Hanc

θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη [1], ἄνευ νοῦ, οἷς ἂν παραγίγνη
ται. εἰ μή τις εἴη τοιοῦτος τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν, οἷ
b. καὶ ἄλλον ποιῆσαι πολιτικόν. εἰ δὲ εἴη, σχεδὸν ἄν τι οὗτ
λέγοιτο τοιοῦτος ἐν τοῖς ζῶσιν, οἷον ἔφη Ὅμηρος [2] ἐν το
τεθνεῶσι τὸν Τειρεσίαν εἶναι, λέγων περὶ αὐτοῦ, ὅτι οἷ
πέπνυται, τῶν ἐν ᾅδου, αἱ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι. ταυτ
ἂν καὶ εὐθὺς [3] τοιοῦτος, ὥσπερ παρὰ σκιὰς ἀληθὲς
πρᾶγμα, εἴη πρὸς ἀρετήν. ΜΕΝ. Κάλλιγε δοκεῖς μοι λ
c. γειν, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἐκ μὲν τοίνυν τούτου τοῦ λογ
μοῦ, ὦ Μένων, θείᾳ μοίρᾳ ἡμῖν φαίνεται παραγιγνομένη
ἀρετὴ οἷς παραγίγνεται. τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ εἰσόμεθ
τότε, ὅταν, πρὶν ᾧτινι τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγίγνετ
ἡ ἀρετὴ, πρότερον ἐπιχειρήσωμεν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ζητεῖν
d. ποτ' ἐστὶν ἀρετή. νῦν δ' ἐμοὶ μὲν ὥρα ποι ἰέναι· σὺ
ταῦτα, ἅπερ αὐτὸς πέπεισαι, πεῖθε καὶ τὸν ξένον τόν
Ἄνυτον, ἵνα πραότερος ᾖ. ὡς, ἐὰν πείσῃς τοῦτον, ἔστιν ὅ
καὶ Ἀθηναίους ὀνήσεις.

[1] Hanc sententiam Socrates in Protagora quoque proponit (p. 328. e.): ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ἡγούμην οὐκ εἶναι ἀνθρωπίνην ἐπιμέλειαν, ᾗ ἀγαθοὶ οἱ ἀγαθοὶ γίγνονται.

[2] Odyss. κ, 495. ubi est τοῖς δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

[3] V. Ind. εὐθύς.

EXCURSUS I.

De forma Imperativi εἰπόν vel εἶπον. Ad §. 2.

Imperativi formam *εἰπόν*, minus usitatam illam quam alteram *εἰπέ*, grammatici hodie omnes sic, cum acuto in ultima, sc
bendam praecipiunt. Et sane Eustathius ad Od. β, 85. (p. 1
Basil.) Aelium Dionysium testem laudans, de attica consue
dine ita: καὶ τὰ προστακτικὰ δὲ ἀμφοτέρως, εἰπέ καὶ εἰπόν ὀξ
τόνως. Explicatius autem de eadem re traditum non inve
praeterquam apud Etym. M. in voce (p. 302.) et in Hor
Adonidis fol. 46. quibus locis consona quaedam legunt
quae nunc comperi esse *Choeroboscl*. Cujus ipsa verba
cerpta ex ejus scholiis ad Theodosii canones, unde alia p
multa dedit Bekker in Anecdd. to. III. p. 1180 sqq., ab
dem mecum communicata hic apponam ut integrius et em
datius quam utroque illo loco legantur. (Cod. fol. 264.

Φη

Φησὶν ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ ὅτι τὸ παρὰ τῇ Θείᾳ γραφῇ προστακτικὸν ὀξυτόνως λεγόμενον, οἷον εἰπόν ἀντὶ τοῦ εἰπέ, δευτέρου ἀορίστου ὄντι κατὰ τὴν Συρακουσίων γλῶσσαν γενόμενον. καὶ γὰρ οἱ Συρακούσιοι μεταποιοῦντες εἰς ον τὰ προστακτικὰ τοῦ δευτέρου ἀορίστου τὸν τόνον φυλάττουσι τῶν κοινῶν προστακτικῶν, οἷον νόγε νόγον, λάβε λάβον, καὶ τὸ ἄνελε ἄνελον. εἰ οὖν εἰπέ ὀξυτόνως, δῆλον ὅτι καὶ εἰπόν κατὰ Συρακουσίους ὀξυτόνως. τὸ γὰρ παρ' ἡμῖν βαρυνόμενον ἐν τῷ Μενάνδρῳ (l. *-είῳ*), *Εἶπον δέ, τί ποιῶν μέλλετε, ἀντὶ τοῦ εἰπέ, πρώτου ἀορίστου, ἀπὸ τοῦ εἶπα, προστακτικόν ἐστιν, ὥσπερ ἔτυψα τύψον, ἔγραψα γράψον.* Apparet hinc, traditam fuisse e bonis scriptoribus formam imperativi *εἶπον*, fuisse autem qui scribendum docerent *εἰπόν*, quippe non a primo aoristo hanc formam deducentes, sed a secundo, ob dialectum aliquam Syracusanorum, qui ab aliis quoque secundis aoristis imperativum non in *ε* sed in *ον* formare solerent. Quod cum fieret servato formae communis tono, ut *λάβε — λάβον*, inde demonstrabant illi pronuntiandum etiam esse *εἰπόν*, quoniam communis forma sit *εἰπέ*. Quod fragile sane est argumentum. Tamen non modo in libris de grammatica quibus hodie utimur sed in editionibus etiam scriptorum antiquorum hic verbi *εἰπόν* accentus tanquam solus legitimus exhibetur. Verum nisi me omnia fallunt, in editis certe soli id *Henrico Stephano* debemus. Nam in loco Platonis nostro *εἶπον* est in Aldina et in Basileensi utraque: *εἰπόν* editur inde a *Stephano*. Idem factum in Theocrito 14, 11. ubi vid. nott. Reisk. Harl. Kiefsl. Legitur *εἶπον* in fragmento dorico Pythagorei incerti ap. Gal. p. 708.: sed illud editum primum est cum aliis Pythagoreorum fragmentis ab *H. Steph.* Denique septies allegatur forma *εἰπόν* ex epigrammatis Anthologiae. Jam vero horum antiquissimum, quod est Simonidis (Brunck. Anal. n. 140.), in Anthologiae editionibus prodiit primum in *Stephaniana* Planudeae; at idem est etiam in fragmentis Lyricorum F. Ursini, ubi legitur *εἶπον*. Tum Meleagri ep. 122. Asclepiadis 39. Q. Maecii 3. omnes in nostras anthologiae edd. migrarunt per eandem *Stephanianam*; tria alia autem, Posidippi 10. Stratonis 60. Argentarii 5. a recentioribus primum edita sunt, qui jam aliam imperativi hujus formam legitimam non noverant nisi *εἰπόν*. In omnibus autem hisce carminibus enotatam tum e codice omnium principe Palatino, tum ex Edd. ant. invenio formam *εἶπον*. Vid. ad Meleag. 122. Jacobsii Nott. Crit. p. 389. num. 470.; ad Maec. 3. ib. p. 79. n. 130.: ad Argentar. 5. ib. p. 623. n. 732.: ad Posid. 10. et ad Strat. 60. Paulssen. Append. p. 76. n. 168. et 218.: ad Asclep. 39. autem Jacobs. Animadvv. l. 2. p. 56. Adde Stratonis Epigr. 54. in quo Jacobsius in postrema demum ed. *εἰπὸν* reposuit pro codicis et priorum editionum omnium scriptura *εἶπον*.

Plane

Plane idem accidit in loco qui hanc formam offert omnium antiquissimo, Pind. Ol. 6, 156. Ibi enim Boeckhius, non codices, sed rationem grammaticam, quae ut certa hucusque obtinuit, secutus *εἰπόν* reposuit, ut sibi ipsi videbatur, primus. Itaque mirabar, quid Stephano in hoc auctore accidisset: sed conjecturam meam egregie confirmatam inveni. Nam Stephanianarum prima quidem, anni 1560, antiquam exhibet scripturam *εἶπον*; secundam 1566, in qua haud pauca novata esse traditur, inspicere non contigit; sed tertia 1586. quae Heynio (Praef. p. 42.) teste secundam ad verbum expressit, obtulit mihi Stephanianum illud *εἰπόν*: quod tamen statim inde a quarta, anni 1600, quam Paulus Stephanus curavit, cessit antiquae rursus lectioni *εἶπον*.

Aliunde oxytonum *εἰπόν* enotatum non inveni nisi e libris sacris et ecclesiasticis. Vid. Maitt. p. 221. c. Fisch. ad Well. II. p. 383. eoque spectant verba Choerobosci supra allata. Esse autem hanc Imperativi formam, quicunque sit ejus accentus, neutiquam peculiarem Doriensibus, epigrammata allata jam demonstrant. Sed ut omnino, ita in Atthide quoque rara est eadem. Legitur autem praeter Menandri locum a Choerobosco allatum in Eurip. Ione 331. *Τίς; εἶπον.* Qui solus locus est, quo a recentissimo etiam editore accentus non mutatus est: tum ex vulgata quidem lectione in Aristophanis Eccl. 256. loco multum sollicitato, ubi Dindorfius primus Imperativum agnovit, at vulgatam opinionem sequens *εἰπόν* scripsit pro librorum *εἶπον*. Quanquam eo loco nondum velim confidentius uti quenquam. Nam optativus *εἴποιμ'*, quem unus codex praebet, omisso *ἄν* (non est enim cur cum Brunckio inseramus) mihi quoque aptior videtur. Addatur atticis poëtis Chalcidensis et posterioris aevi, sed scenicus tamen, Euphorio, cujus fragmentum ap. Athen. XI. p. 503. certissime emendavit Schweighaeuser. Nam cum in codd. ibi scriptum sit sine sensu, *Τί δεῖ ποιεῖν; Εὖ γὰρ εἶπον, ὥσπερ χρυσίον κ. τ. ἑ.* ille veram utique scripturam perspexit *Σὺ γὰρ εἶπον.* Denique prosarium quoque exemplum prostat in varietate lectionis ad Xenoph. Mem. 3, 6, 3. ubi pro *εἰπὲ ἡμῖν*, alterum quod in edd. ant. et parte codicum est, *εἶπον*, utique praeferendum est; non quo „frequentatum hoc sit a Xenophonte", ut imperite Gailus ait, sed quoniam rarior et proba tamen lectio a librariis profecta esse non potest. Quod autem Schneider librorum illam lectionem scripsit ita, *εἰπόν*, illud ex tacita ejus est correctione. Nam in antiquis edd. est *εἶπον*; Parisiensium autem librorum lectiones magno eruditorum taedio etiamnum petendi sunt ex inficetissima omnium Gaili editione, cujus annotatio sine accentibus graeca omnia exhibet.

Non est igitur cur in nostro Platonis loco rarionem sane for-

formam imperativi miremur. Accentum autem εἶπον ex octo eorum codicum, quos Parisiis contulit, enotavit Bekker: Italicos suos siluit, non, opinor, quo hi tres in scriptura Stephaniana εἰπόν conspirarent; sed quia ad minutiora ista vel diligentissimus non semper attendit. Quare etiam Vaticanum 1. qui est inter novem Lutetiae collatos, quemque itidem silet Be., εἰπόν habere non putem, maxime ideo quod in Clarkiano, qui in plerisque cum illo conspirat, εἶπον legitur.

Itaque non dubitavi hanc codicum lectionem nunc demum Platoni quoque restituere. Prolixior autem fui in re pertenui, quoniam quaecunque in grammaticis institutionibus dudum tradita sunt abjici leviter non debent. Quare hoc etiam addo, in aliis quas viderim grammaticorum antiquiorum relationibus, ubique εἶπον me, nusquam illud Characis εἰπόν invenisse: ut in Lascaris Grammatica lib. 3.; apud Suidam, Orionem, Zonaram in voce; et in Arcadii libro de Accentibus p. 169. ubi diserte ita: *Τὰ εἰς ον προστακτικὰ τοῦ πρώτου ἀορίστου — διαύλλαβα παροξύνονται ἢ προπερισπῶνται κατὰ τοὺς κανόνας, νεῖμον, κρῖνον, εἶπον ἀντὶ τοῦ εἰπέ, τίψον, λέξον, γράψον.*

Neque est cur servandum alterum accentum putet quis ob utilitatem, quem praebeat in similitudine primae sing. et 3. pl. indicativi, sicut eodem modo εἰπέ distinguitur ab indicativo εἶπε. Non enim ideo invectus est accentus iste εἰπέ: sed fuit multarum aoristi 2. formarum quaedam in extremas syllabas propensio, quam cognoscimus in hisce λαβών, λαβεῖν, λαβέσθαι, εἰπών, εἰπεῖν cet. eaque imperativis quoque ejusdem temporis quibusdam vulgatioribus, ut εἰπέ, ἰδέ, ἰδοῦ, se communicavit, atque sic commoditatem illam praebet sane. Neque ego profecto mirarer si ad hujus quasi imitationem similis accentus etiam in altero hoc εἰπόν praevaluisset; immo factum hoc videtur revera posteriori tempore juvantibus, opinor, grammaticis: unde paucula illa apud recentiores exempla. — Conf. autem praeterea Schaefer ad Dionys. de Comp. p. 436. Lobeck. ad Phrynich. p. 348.

EXCURSUS II.

Ad locum mathematicum §. 22.

In difficillimo loco explicando multi ingenium exercuerunt, quorum molimina hic repetere nolo. Hoc tantum indico, *Gedikii*, *Michelsenii* et tertii alicujus rationes prostare in tribus horum dialogorum editionibus a Biestero curatis; *Jo. Wolfg. Mülleri* in peculiari libello (Commentar über zwei dunkle mathematische Stellen im Platon, Nürnb. 1797.); *Schleiermacheri*, in Platonis interpretatione germanica; *Mollweidii*

weidli in libello inscripto: Commentationes mathematico-philologicae tres, Lips. 1813. Ex postremi horum commentario tamen nonnulla excerpam quae lectoribus usui esse censeo; in quibus hoc potissimum esse arbitror, quod ope ejus de vocabulis quibusdam certius quam adhuc factum est pronuntiari posse videtur. Quippe vere ab eo observatum est, apud Platonem non easdem voces eodem sensu usurpari, quales inde ab Euclide velut constitutae sunt. Itaque cum verbum τείνειν sua natura *extensionem lineae rectae* denotet, apparet, παρατείνειν τι, quod inter verba geometrarum propria memorat Plato de Rep. 7. p. 527. a., idem esse quod Euclidi παραβάλλειν h. e. figuram aliquam *ad* vel *secundum lineam* aliquam *rectam applicare*. Deinde cum verbum ἐγγράφειν Euclidi non sit simpliciter includere, sed ita includere ut linearum extremitates peripheriam tangant; apparet eundem sensum, et quidem disertius multo, praebere verbum ἐντείνειν. Denique ex libri Euclidei sexti propositionibus 27. 28. 29. extra omnem dubitationem posita est quaestio, quid sit ἐλλείπειν χωρίῳ τινί. Nam quando parallelogrammum A B C D im-



ponitur alii parallelogrammo A E C F, Euclides pronuntiat, illud ἐλλείπειν εἴδει παραλληλογράμμῳ: h. e. brevius illud parallelogrammum *deficere alia figura*, quae itidem sit parallelogrammum B E D F.

Jam Mollweidius γραμμὴν intelligit de basi trianguli; verba autem οἷον παρατείναντα (vel -τι) ἐλλείπειν ita explicat quasi sit ὥσε, εἰ (ἄλλο) τοιοῦτον παρατείναις, τοῦτο ἐλλείποι ἂν χωρίῳ —: totum autem locum exponit in hunc modum (p. 43.): „Si datum triangulum A B C est ejusmodi, ut, quod ad datam



„ejus basin A C applicaveris triangulum simile A B D, de-
„ficiat

„ficiat triàngulo B D C simili ei ipsi, quod applicatum est, „A B D, aliud quid mihi eventurum videtur, aliud vero „rel." Jam e rationibus geometricis, quas hic repetere nihil attinet, certum est 1) quoties in triangulo rectangulo ex angulo recto linea perpendicularis (B D) ducatur in basin, utrumvis eorum triangulorum rectangulorum quae sunt ab utraque ejus lineae parte simile esse triangulo primario toti; 2) quoties in triangulo aliquo aliud simile per lineam aliquam abscindatur, quod supersit et toti triangulo, et minori illi, simile esse nonnisi in illa ipsa suppositione 1. Itaque in hypothesi illa quam proponit Socrates necesse est, triangulum de quo quaeritur *esse rectangulum*: quo posito tota quaestio facile solvitur. Tum enim, si hypotenusa ejus trianguli (A C) aequalis est diametro ejus circuli de quo quaeritur, inscribi potest figura; si major minorve, non potest.

Haec autem ratio duobus potissimum incommodis premitur, altero, quod vox *γραμμή* de basi vel longissima linea intelligenda est, altero quod vox *οἷον* adeo contorta sic significatione (pro *οἷον ἄλλο*) posita esset ut problema vel ab attento auditore intelligi non posset.

Mihi ex eo ipso, quod in scriptura loci vulgata verbum *παρατείνειν* commodo nomine, quod in accusativo casu a se regatur, destituitur, persuasum est, excidisse verba aliquot; et quidem, quod in geometricis ejusmodi tantum non sollemne est, ob homoeoteleuton. Liceat autem in eum modum verba quaedam supplere: non quo id quod dabimus, verum fuisse deperditorum sensum putemus, sed ut rerum mathematicarum intelligentibus viam, qua nobis videatur insistendum, patefaciamus.

> *Εἰ μέν ἐϛι τοῦτο τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷον παρὰ τὴν δοθεῖσαν τοῦ κύκλου διάμετρον κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῦ γραμμὴν παρατείνανται ἐλλείπειν τοιούτῳ χωρίῳ οἷον ἂν αὐτὸ τὸ παρατεταμένον ᾖ, ἄλλο τι συμβαίνειν μοι δοκεῖ κ. τ. λ.*

In his verbis e graeci sermonis norma recte cohaerent haec: *Εἰ ἔϛι τοιοῦτον, οἷον παρατείνανται ἐλλείπειν*, h. e. „Si est ejusmodi, ut qui illud applicaverit deficiat —". Quemadmodum enim ut supra vidimus figura aliqua alteri imposita recte dicitur *ἐλλείπειν*, *deficere* alia figura; ita etiam, et magis proprie quidem, is qui figuram imponere fingitur dici potest deficere —. Sit itaque A B data circuli diametrus; C B autem data una e trianguli C D B lineis. Itaque trian-

gu-



angulum hoc *in linea sua* C B *applicatum est diametro* A B. Apparet autem, eum qui triangulum ita applicuerit, *deficere* non modo ea lineae parte, quae est A C, sed integro etiam schemate A D C quod et ipsum est triangulum. Jam si hoc et ipsum tale est, quale est triangulum C D B, necesse est triangulum C D B esse rectangulum. Quo posito consimili modo proceditur atque in Mollweidii ratione. Nam si hypotenusa D B aequalis est diametro A B, inscribi potest triangulum etc. — Sed iterum moneo, scitane sint quae hac hypothesi continentur an inscita, id non curabam; vera esse apparet; videant alii an simili ratione aptiora invenire queant.

Restat de quo moneam unum, non minimi illud momenti, et in quo omnes adhuc, ni fallor, peccarunt, dum formulam *τοιοῦτον οἷον* intelligunt de *simili*. Atqui hoc graece est *ὅμοιον*. Itaque in figura illa Mollweidiana triangulum B D C nequaquam est *τοιοῦτον οἷον* A B D, sed *ὅμοιον*, simile illi. Quippe *τοιοῦτον οἷον*, *tale quale*, et ad linguae et ad geometriae rationes dici non potest nisi de ejusdem rei vel ejusdem figurae *exemplo alio*. Quam significationem in meo qualicunque specimine servavi.

Duo novissima in explicando hoc loco posita pericula, alterum *C. F. Wexii* in „Commentatione de loco mathematico in Platonis Menone", adjectis Symbolis criticis (v. ad Alcib. II. 16.) edita Hal. Sax. 1825. 8.; alterum *Stallbaumii*, insertum ejus commentario, indicare tantum satius duxi, cum in re extra mea studia sita exerceri, non amplius lubeat.

EXCURSUS III.

De statuis Daedali, ad §. 39.

Fabulam hanc de Daedali statuis motu vitaque praeditis attingit Plato etiam in Euthyphr. 12., ubi Socrates ait: *ὅσους ἄν με ἐπίσχωμεν, ὡς ἄρα καὶ ἐμοὶ κατὰ τὴν Δαιδάλου συγγένειαν* (generis enim originem a Daedalo repetebat Socrates, vid. Alcibiad. I, 35.) *τὰ ἐν τοῖς λόγοις ἔργα ἀποδιδράσκει καὶ οὐκ ἐθέλει μένειν, ὅπου ἄν τις αὐτὰ θῇ*. Multique alii scriptores

ptores ejusdem fabulae mentionem faciunt. Aristoteles (de Anima 1, 3.) affert testimonium Philippi cujusdam, *τὸν Δαίδαλον ποιῆσαι τὴν ξυλίνην Ἀφροδίτην, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν.* Idem Polit. 1, 4.; *εἰ ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελευσθὲν ἀποτελεῖν τὸ αὑτοῦ ἔργον, ὥσπερ τὰ Δαιδάλου φασίν.* Callistratus *Ἐκφρασ.* 8. eo progreditur, ut dicat: *Δαίδαλον ἐξῆν ἰδεῖν κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα καὶ πρὸς ἀνθρωπίνην αἴσθησιν ἐκβιάζεσθαι τὸν χαλκόν.* Eadem fabula apud poëtas occurrit, e. g. apud Euripidem Hecub. 838.; ubi vid. Schol. Ipsi tamen veteres scriptores fabulam hanc inde repetunt, quod Daedalus primus oculos apertos statuis tribuerit, manusque, in pristinis statuis reliquo corpori annexas, disjunxerit, et pedes olim junctos atque concretos separando, incedentis habitum operibus suis impertiverit. Vid. Suidas v. *Δαιδάλου ποιήματα*: Tzetzes Chil. 1, 19. (*Δαίδαλος διεῖλε χεῖρας, πόδας*); in primis Diod. Sic. 4, 76. et Palaephatus 22. et quos ad hunc laudant Gale et Fischer *). — Ipse tamen Plato alibi non aeque honorifice de Daedali operibus sentit. In Hippia enim maj. dicit, Daedalum, si in vitam rediret, ridiculum fore, si talia construeret opera, qualibus olim gloriam sibi conciliasset. Pausanias quoque 2, 4. testatur, admodum rudia Daedali opera esse, aliquid tamen divini iis inesse videri. Idem 9, 40. enumerat sex Daedali statuas, quae sua aetate adhuc reliquae essent: plures sibi notas esse negat. Inter eas autem, quod mireris, unam commemorat, desinentem pedum loco in quadrangulam figuram (*κάτωσι ἀντὶ ποδῶν ἐς τετράγωνον σχῆμα*): ut congrua igitur adhuc fuerit pristino statuarum habitui, quem postea ipse Daedalus emendasse dicitur. Ex hoc ipso tamen Pausaniae loco verosimile fit, Socratis aetate praeter eas, quas scriptor ille enumerat, etiam alias Daedali statuas superfuisse. Quae cum non incederent, et ita fabulae isti repugnare viderentur, plebecula superstitiosa dicebat fortasse, artificio aliquo eas ligatas esse atque constrictas, ne aufugerent. Arilem hanc fabulam Socrates, ut solet, hic ita secutus est, ut egregiam similitudinem inde repeteret ad illustrandam suam de opinionibus sententiam.

GEDIKE.

*) Adde Schol. Plat. ad loc. Men. *Τῶν παλαι δημιουργῶν πλαττόντων τὰ ζῶα συμμεμυκότας ἔχοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ οὐ διεσηκότας τοὺς πόδας, ἀλλ' ἐξῶπτα σύμποδα, Δαίδαλος ἄριστος ἀγαλματοποιὸς ἐπιγεγονὼς, πρῶτος ἀνεπετάννυσί τε τὰ τούτων βλέφαρα, ὡς δόξαι βλέπειν αὐτὰ, καὶ τοὺς πόδας, ὡς νομίσαι βαδίζειν, διίζησι. καὶ διὰ τοῦτο δεδέσθαι, ἵνα μὴ φύγοιεν, ὡς δῆθεν ἐμψύχων ἤδη γεγονότων αὐτῶν. τοῖς δεδεμένοις οὖν τὰς ἀληθεῖς ἐοικέναι δοξας φησὶ, τοῖς λελυμένοις δὲ τούτων τὰς ψευδεῖς.* Non dicere autem Platonem ea, quae grammaticus hic profert, verissime monet Schleiermacher.

ΚΡΙΤΩΝ

Η

ΠΕΡΙ ΠΡΑΚΤΕΟΥ *).

Colloquitur

SOCRATES cum

CRITONE.

Scena carcer; primum diluculum; Socrates tranquille dormiens. Crito, vir paulo senior idemque dives, adest ut effugium e carcere ei persuadeat. Quod cum expergefacto illo omnibus argumentis aggreditur, Socrates id tantum monet, videndum esse, num recte hoc fieri possit. Exoritur inde quaestio, utrum communis hominum opinio sit attendenda, an solummodo justitia ejus quod facere decreveris: porro, num liceat legibus patriae non obedire. — Ad historicum autem dialogi argumentum observamus, ea quae Critonem Plato loquentem hic producit, auctoribus aliis, ut memorat Diog. La. 2, 60. 3, 36. ab Aeschine fuisse disputata.

Ceterum contra aliquas nostro tempore factas objectiones hunc dialogum Schleiermacher Platoni ita vindicat, ut non quidem, sicut ceteros vere Platonicos omnes, ad philosophicam aliquam materiam ventilan-

*) Petita inscriptio e Diog. La. 3, 58. ubi est περὶ πρακτοῦ quod correctum est e dialogi ipsius §. 6. a.

Athenaeus p. 506. d. de hoc dialogo ita: ὁ Κρίτων δ' αὐτοῦ Σοφοκλέους περιέχει καταδρομήν. Quod quo spectet ignorat Schweighaeuser, neque ego docuerim: nisi Colonensis forte Oedipus tangi olim creditus est, quippe qui non solum contra patriae voluntatem agit, sed malorum etiam quae Thebanis imminent voluntarius auctor est, non improbatus ideo a choro.

dam ab ipso inventum esse existimet; sed verum colloquium ab illo adhuc juniore stilo exceptum et expolitum esse conjiciat.

---

43. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ πρωΐ [1] ἔτι ἐστί; ΚΡΙΤΩΝ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Πηνίκα μάλιστα; ΚΡ. Ὄρθρος βαθύς. ΣΩ. Θαυμάζω ὅπως ἠθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ ὑπακοῦσαι [2]. ΚΡ. Ξυνήθης ἤδη μοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν. καί τι καὶ εὐεργετεῖται ὑπ' ἐμοῦ [3]. ΣΩ. Ἄρτι δὲ b. ἦκεις ἢ πάλαι; ΚΡ. Ἐπιεικῶς πάλαι. ΣΩ. Εἶτα πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειράς με, ἀλλὰ σιγῇ παρακάθησαι; ΚΡ. Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἤθελον ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρυπνίᾳ [4] καὶ λύπῃ εἶναι. ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος ὡς ἡδέως καθεύδεις. καὶ ἐπίτηδές σε

[1] Vulgo *πρωΐ*. Sed formam monosyllabam commendant Timaeus in v. et grammatici a Ruhnkenio ibi laudati, discrepantes tamen in accentu, flexo an acuto. Mihi, etiamsi primitivi forma dubia sit, *πρῷΐ* an *πρωΐ*, in breviori tamen acutum commendat analogia pronominum *νώ, σφώ* quae fiunt e *νῶϊ, σφῶϊ*. Cf. quae in Lexilogo 17, 2. et in notis ibidem scripsimus de hac re et de ι subscr. Nam scriptura *πρῴ* erat eorum grammaticorum qui etymologiae ubique servirent, cum traditio (*ἡ παράδοσις*) iota istud omitteret. Cf. Etym. M. v. *νώ*.

[2] Pro *ἠθέλησε* Coisl. Vind. et Angelic. *ἤθελε* quod aptius videtur. — *Ὑπακούειν* vid. in Indice.

[3] Utrum ad sensum hic praestet, *εὐεργετεῖται* an *εὐεργέτηται*, de eo longus esse nolo. Mihi *εὐεργετεῖται* de Critone saepius ad Socratem visente et mercedulam custodi identidem porrigente aptissimum videtur. E codd. autem sane nonnisi Paris. E et a pr. manu B hanc scripturam exhibent, ceteri longe plurimi vel *εὐεργέτηται* vel *εὐηργέτηται*. Cod. Flor. b. *εὐεργετεῖται* superscriptis in secunda et quarta syllaba duobus *η*, et solus Clark. (qui comite suo Vat. in Bekkeri commentariis ad Critonem destitutus est) *εὐεργετῆται* superscripto in secunda *η*: quod *εὐεργετῆται* sollemnis est lapsus, quem alterius lectionis fontem esse judico.

[4] Sic Codd. omnes, praeter unum Ven. Ξ, qui cum vulgata *τέ* omittit: quod probum tamen est utique. Multa enim sunt exempla hujus particulae negligentius positae: quae hic ad vocem *ἀγρυπνίᾳ* spectat, post quam revera habent codd. aliquot: vid. ad Men. 41.

[5] Fa-

οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς [6]. καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νῦν παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥᾳδίως
c. αὐτὴν καὶ πράως φέρεις. ΣΩ. Καὶ γὰρ ἄν, ὦ Κρίτων, πλημμελὲς εἴη, ἀγανακτεῖν τηλικοῦτον ὄντα, εἰ δεῖ ἤδη τελευτᾷν [6]. ΚΡ. Καὶ ἄλλοι, ὦ Σώκρατες, τηλικοῦτοι ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἁλίσκονται, ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιλύεται
d. ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ [7]. ΣΩ. Ἔοικε ταῦτα. ἀλλὰ τί δὴ οὕτω πρῲὰ ἀφῖξαι; ΚΡ. Ἀγγελίαν, ὦ Σώκρατες, φέρων χαλεπὴν, οὐ σοί, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν· ἣν ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατ' ἂν ἐνέγκαιμι [8]. ΣΩ. Τίνα ταύτην; ἢ [9] τὸ πλοῖον ἀφῖκται

[6] Facillimum erat optativum reponere *διάγοις*, quem requirere videtur praecedens praeteritum. Sed cautius hic agendum esse docebit Heindorfius ad Protag. 29. Vid. nos in Gramm. §. 139. (126.) Obs. 1. et Hermann. ad Vig. n. 350. ex cujus observatis illud huc maxime quadrat, conjunctivum post praeterita poni si res quae significatur eo, adhuc durat, velut hic desiderium Critonis, ut quam placidissime degat Socrates. Cf. infra §. 12. not. 2.

[6] Notandum tironibus *εἰ* pro *ὅτι* post verbum *ἀγανακτεῖν*: vid. Gramm. §. 149. (136.)

[7] Verbum medium *ἐπιλύεσθαι* sensu *relaxandi* (v. Schneid. in v.), *concedendi*, nondum quidem ex alio scriptore allatum est: sed firmatur glossis Hesychii et Suidae, quorum alter habet *Ἐπιλυσαμένη*, epitheton Ilithyiae, alter *Ἐπιλυομένου, συγχωρουῦντος*. Formula autem *τὸ μὴ οὐ*, *quo minus*, satis hodie adstructa est: v. Herm. ad Viger. n. 265. p. 772. et in Museo Antiq. Studior. 1. p. 220. Adde Boeckhium in Platonis Minoëm et de Legg. p. 107. 108. ubi simul hic noster locus componitur cum simili usu verbi *ἀπολύεσθαι* itidem dativo juncti in de legg. 1. p. 637. c. *ἅπασι τοῖς τοιούτοις — μία ἀπόκρισις ἀπολύεσθαι δοκεῖ τοῦ μὴ κακῶς ἔχειν ἀλλ' ὀρθῶς*. Ubi non minus probum fuisset *τὸ μή*: sed verbo *ἀπολύεσθαι* aptior visus genitivus; cui, more Atticis sollemni, negligentius adjectum illud *ἀλλ' ὀρθῶς*. — Hactenus olim. Nunc ex optimo Clark. et aliquot aliis affertur scriptura *αὐτούς*, quam adoptavit Bekker. Mihi expositio Suidae *συγχωροῦντος* et comparatio loci e legibus et altera codicum pars dativum satis firmant: nam in tali variatione qualis est *οις*, *ους*, vel optimorum codd. parva est auctoritas.

[8] Sic infra §. 14. *ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα* et Thuc. 7, 71. *ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον*. Vid. supr. ad Men. 32. extr.

[9] Tali *ἤ*, quod ut alibi valet *aut*, interrogatio latior corrigitur quasi et restringitur.

10 De

ἐκ Δήλου [10], οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με; ΚΡ. Οὔτοι e.
δὴ ἀφῖκται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον [11], ἐξ ὧν
ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου καὶ καταλιπόν-
τες ἐκεῖ αὐτό. δῆλον οὖν ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων, ὅτι ἥξει
τήμερον, καὶ ἀνάγκη δὴ εἰσαύριον ἔζαι, ὦ Σώκρατες, τὸν
βίον σε τελευτᾶν. ΣΩ. Ἀλλ', ὦ Κρίτων, τύχῃ ἀγαθῇ, εἰ
ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔζω. οὐ μέντοι οἶμαι ἥξειν
αὐτὸ τήμερον. ΚΡ. Πόθεν τοῦτο τεκμαίρει [1]; ΣΩ. Ἐγώ 2
σοι ἐρῶ. τῇ γάρ που ὑζεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν, ἢ ἦ ἂν
ἔλθῃ τὸ πλοῖον. ΚΡ. Φασί γέ τοι δὴ οἱ τούτων κύριοι [2].

[10] De hac navi, quae Θεωρίς et Δηλιάς dicebatur, locus classicus est in Phaedon. init. ἔτυχε τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης (Socratis) ἡ πρύμνα ἐσεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσι κατ' ἔτος. — τοῦτό ἐζι τὸ πλοῖον, ὡς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων, καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν Ἀπόλλωνι ηὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάζου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἥν ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐζὶν αὐτοῖς, ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. V. et Xenoph. Memor. 4, 8, 2.

[11] Haec si vera est scriptura, μέν additum est, quia reticetur σαφῶς δ' οὐκ ἂν διαχρισαίμην; cf. Heind. ad Theaet. 130.: cui tamen rationi non immerito objectum est subsequens illud δῆλον οὖν. [Fortasse tamen, quae nunc mea est sententia, mera modestiae formula grammatice non est nimis urgenda.] Verum reputanda simul lectio optimorum codd. Clark. Ven. Π, Par. D, Tub. δοκεῖν, quam ex margine quoque antiquorum librorum in scholia sua Ruhnkenius rettulit ita: Γράφεται καὶ, ἀλλὰ δοκεῖν. Atqui hujus infinitivi nulla ratio est nisi totus locus ita scribatur, ἀλλὰ, δοκεῖν μὲν ἐμοὶ, ἥξει τήμερον: in qua sollemnissima formula μέν refertur ad ἐμοί nec quicquam offensionis habet. Praepositio ἐξ autem, sensu latini *secundum* (cf. Ind.), solet ipsi etiam rei quam quis demonstrat subjungi, e. g. Demosth. c. Euerg. et Mn. p. 1160. οὐ γάρ ἐζιν ἐν γένει σοι ἡ ἄνθρωπος ἐξ ὧν σὺ λέγεις. Sane tautologia est in his ἥξει τήμερον et δῆλον οὖν — ὅτι ἥξει τήμερον: sed ea non minuitur infinitivo ἥξειν. — Mox pro ἀγγέλων Ven. Π — ἀγγελιῶν.

[1] Formam Atticam praeter Clark. hic praebuerunt Ven. Π, et Vind. — Mox de ὑζεραίᾳ ἢ ἦ cf. not. ad Dem. Mid. 33.

[2] Verba haec: φασὶ — κύριοι, Critoni tribuunt Ficinus et Cod. Vind. 2. atque sic recte nunc editur. Eoque jam ducebat vel solum superius πού, qua particula responsio alterius affirmativa provocatur; v. Ind. Eam autem affirmationem praebent voculae γέ τοι δή (v. Hoogev. 13, 6. §. 3.), quibus male vulgo praemit-

b. ΣΩ. Οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας οἶμαι αὐτὸ ἥξειν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρας. τεκμαίρομαι δὲ ἔκ τινος ἐνυπνίου, ὃ ἑώρακα ὀλίγον πρότερον [3] ταύτης τῆς νυκτός· καὶ κινδυνεύεις ἐν καιρῷ τινι οὐκ ἐγεῖραί με. ΚΡ. Ἦν δὲ δὴ τί τὸ ἐνύπνιον;
c. ΣΩ. Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδής, λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με καὶ εἰπεῖν, Ὦ Σώκρατες,

Ἡματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο [4].

ΚΡ. Ὡς ἄτοπον [5] τὸ ἐνύπνιον, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἐναργὲς μὲν οὖν, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Κρίτων. ΚΡ. Λίαν γε,
3 ὡς ἔοικεν. Ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Σώκρατες, ἔτι καὶ νῦν ἐμοὶ πείθου, καὶ σώθητι. ὡς ἐμοὶ, ἐὰν σὺ ἀποθάνῃς, οὐ μία ξυμφορά ἐστιν [1], ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερῆσθαι τοιού-

mittitur δέ, in nullo hodie codice inventum.

Κυρίοις istis significari Undecimviros, notissimum Atheniensium magistratum Ullrichius observat allatis his locis: Phaedo. p. 59. e. λύουσι γάρ, ἔφη, οἱ ἕνδεκα Σωκράτει καὶ παραγγέλλουσιν ὅπως ἂν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ: et 85. b. ἀλλὰ τούτου γε ἕνεκα λέγειν τε χρὴ καὶ ἐρωτᾶν, ὅ,τι ἄν βούλησθε, ἕως ἂν οἱ Ἀθηναίων ἑῶσιν ἕνδεκα. De ipso autem hoc magistratu idem Ullrichius uberius et docte egit in appendice ad suam quattuor horum dialogorum interpretationem germanicam.

[3] ὀλ. π. Ita loquitur, quod somnia post mediam noctem visa vera vulgo existimabantur. *DACERIUS.* Vid. Heind. ad Hor. Sat. 1, 10, 33. Add. Prop. 3, 8. init.

[4] Versus est Homeri Il. ι, 363. ubi Achilles ipse loquens dicit ἱκοίμην. — Cicero Divin. 1, 25.: *Est apud Platonem Socrates, cum esset in custodia publica, dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum: vidisse se in somnis pulchritudine eximia feminam, quae se nomine appellans diceret Homericum quendam ejusmodi versum:*

Tertia te Phthiae temperas laeta locabit

— Recte autem Fischer monuit, patriam hic esse meliorem illam vitam, quam sperabat Socrates. Lambinus enim per *Phthiam* mortem et interitum significari putabat, spectata vi nominis, quod ei ortum videbatur a φθίνω vel φθίω. *GED.*

[5] Vocula ὡς in optimis codd. Clark. et Ven. Π a secunda manu addita est, in aliis item bonis deest omnino.

[1] Ita legisse videtur jam Ficinus, qui vertit: *non una tantum calamitas imminet:* et ita est diserte in codd. Coisl. Ven. ξ' et al. Antea perperam legebatur: οὐδεμία ξυμφορά ἐστιν ἄλλη, ἀλλὰ χ. quae scriptura est in unico cod. Par. C. Alii libri (ut Clark.) habent οὐδεμία — ἀλλὰ χ., alii (ut Vind.) οὐ μία — ἄλλη χ., alii denique (ut Ven. Π.) οὐδεμία — ἄλλη χ.

Mox τοῦ ἐστερ. est e certissima Sallieri conjectura. Libri omnes σοῦ ἐς.

[2] Mar-

πιτηδείου, οἷον ἐγὼ οὐδένα μήποτε εὑρήσω [2], *ἔτι καὶ πολλοῖς δόξω, οἳ ἐμὲ καὶ σὲ μὴ σαφῶς ἴσασιν, ὅστ' ἂν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, ἀμε-* [4]. *καίτοι τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα, ἢ δοκεῖν* [5] b.
τα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; οὐ γὰρ πείσον-
πολλοὶ ὡς σὺ αὐτὸς οὐκ ἠθέλησας ἀπιέναι ἐνθένδε
προθυμουμένων. ΣΩ. Ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρί-
οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; οἱ γὰρ ἐπιεικέσα-
ν μᾶλλον ἄξιον φροντίζειν, ἡγήσονται αὐτὰ οὕτω πε-
αι ὥσπερ ἂν πραχθῆ. ΚΡ. Ἀλλ' ὁρᾷς δὴ ὅτι ἀνάγ- c.
Σώκρατες, καὶ τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλειν. αὐτὰ

argo Cod. Ven. ξ' ha-
ρ. εὕρω, quod et ipsum
ium est. Vid. Gramm.
(126), 4. Monendi enim
rones, istud *οὐδένα μή-*
asci ex negandi formu-
μή (v. Gramm. §. 148.
Obs. 6.) quae fortior
la quae fit duplicato
aeque hic esset *οὐδένα*
τε.

temere observat Ullri-
Ciceronem, quem me-
r hunc dialogum edi-
dicas (vid. §. 2. n. 4.
n. 1. §. 12. n. 16.) hunc
prae oculis habuisse
n lib. de Amic. 3. (10.)
m de Scipione dicen-
ecit ita: *Moveor enim*
mico orbatus, qualis ut
or nemo unquam (*οὐ-*
ήποτε) *erit.*

otanda haec conjunctio
ularum *μὲν — δὲ* — in
ropositione *χωρὶς μὲν τοῦ*
ναι ἔτι δὲ δόξω —, qua
m malorum cumulatio
cius indicatur.

Stephanus et mss. ali-
ἀμελήσαιμι, quod ob in-
tiam structurae *δοξω ὡς*
ταιμι rejectum fuit. Quod
editur est illud quidem
ptimis plurimisque. Sed
non minorem sic offensionem parit vocula *ὡς*. Quam si jungas infinitivo (*ὡς — ἀμελῆσαι*), sunt quidem talis anacoluthiae exempla (vid. Matth. Gr. §. 538.), sed nonnisi post verbum quod aeque admittat et structuram per *ὡς* et alteram per Infinitivum. Participio itaque jungas, ita ut verba, *ὡς οἷόστ' ὢν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, tanquam si pecuniam impendendo servare te possem*, immissa sint illi *δόξω ἀμελῆσαι*, ad quem Infinitivum verba illa *σὲ σώζειν* mente repetantur. Quam rationem, quamvis non admodum facilem illam, amplectandam nunc censeo.

[5] Forma loquendi anacolutha, qua genitivo pronominis demonstrativi vel relativi, pendenti a comparativo, res ipsa quae ad explicandum pronomen additur, comparativo iterum adaptatur, et quidem per *ἤ*. Exempla quaere ap. Heind. ad Gorg. 120. unde haec transcribo: Theag. p. 127 b. *οὐκ ἴσθ' ὅ,τι τοῦτο μεῖζον ἂν ἁρμαῖον ἡγησαίμην ἢ εἰ οὗτος ἀρέσκοιτο τῇ σῇ συνουσίᾳ.* Lucian. Abdic. 1. *οὔ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον ἢ θεραπεύειν τι προστάγματος.*

 [6] Hanc

δὲ δῆλα [6] τὰ παρόντα νυνὶ, ὅτι οἷοίτ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι, ἀλλὰ τὰ μέγιστα
d. σχεδὸν, ἐάν τις ἐν αὐτοῖς διαβεβλημένος ᾖ. ΣΩ. Εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοίτε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵνα οἷοίτε ἦσαν αὖ καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιστα [7]· καὶ καλῶς ἂν εἶχε. νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοίτε. οὔτε γὰρ φρόνιμον οὔτε ἄφρονα δυνατοὶ ποιῆσαι· ποιοῦσι δὲ τοῦτο ὅτῳ
4 ἂν τύχωσι. ΚΡ. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐχέτω. τάδε δὲ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ μοι· ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ [1] καὶ τῶν

[6] Hanc codicum omnium lectionem Stephanus e Cornarii conjectura mutaverat in δηλοῖ. Fischer primus antiquam reduxit, vocem δῆλα explicans per δηλωτικά hancque significationem firmans duobus locis: Theophr. de caus. pl. 6, 27. αὐτὸ δὲ τὸ φυτὸν ὅλως ξηρόν —, δῆλον δὲ ἡ γενοφυλλία, καὶ ἡ μικροκαρπία — · πάντα γὰρ ταῦτα ξηρότητος. Antonin. 2, 15. ὅτι πᾶν ὑπόληψις. δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τον Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα. δῆλον δὲ καὶ τὸ χρήσιμον τοῦ λεγομένου. Quorum locorum in priori Schneider e conjectura itidem reposuit δηλοῖ, in altero idem verbum loco vocis δῆλα proposuit Gataker: nam quod sequitur ibi δῆλον dictum est sensu solito: quanquam aliae ibidem remanent difficultates, de quibus videndus Gataker. Nostro autem loco, quanquam ex iis quos adhuc cognovimus codicibus varietas nulla enotata est, id tamen memoratu dignum, quod teste Fischero M. Meibomius emendationi δηλοῖ in suo exemplo verba, *e cod. vet.* allevit. Itaque rem in medio relinquo. Hoc tamen non minimi mihi quidem videtur esse ad tutandam vulgatam lectionem momenti, quod Socrates infra §. 8. post rejectam vulgi opinionis auctoritatem, aliud Critonianae argumentationis caput tangit his verbis: ἀλλὰ μὴν δὴ — οἷοί τέ εἰσιν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι· δῆλα δὴ καὶ ταῦτα. His enim verbis cum Critonis ea quae hic habemus manifesto respiciantur, ipsa haec vox δῆλα non sine ironia quadam repeti videtur. Non tamen, siquidem hanc lectionem servamus, cum Fischero dixerim δῆλα hic valere δηλωτικά: sed ipsae res praesentes sunt *manifestae*: quod cum dicit Crito, hoc sane cogitat, manifestum illis contineri ejus quod dicit exemplum. Et poterat absolvi in verbo νυνὶ oratio; sed explicationis causa negligentius additur illud ὅτι etc. Ad Theophrasti autem et Antonini verba allata an aliqua fieri possit hujus rationis applicatio, ego nunc non definio.

[7] Imperfectum post ἵνα, ad declarandum id, quod non est. Vid. supr. Men. 85. not. 7. — Voculam αὖ e bonis codd. addidit Be.

[1] Vid. Ind. in ἆρα. — Atticam formam προμηθεῖ praeter codicem Clark. Priscianus quoque praebuit hunc locum laudans p. 1204. Ac ne contractis tantum verbis hanc in Platonis scriptis formam tribuas, infra §. 14. etiam

ἄλλων ἐπιτηδείων, μὴ, ἐὰν σὺ ἐνθένδε ἐξέλθῃς, οἱ συκοφάν-
ται ἡμῖν πράγματα παρέχωσιν, ὡς σε ἐνθένδε ἐκλέψασι,
καὶ ἀναγκασθῶμεν ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ
συχνὰ χρήματα, ἢ καὶ ἄλλο τι πρὸς τούτοις παθεῖν; εἰ γάρ b.
τι τοιοῦτον φοβεῖ, ἔασον αὐτὸ χαίρειν· ἡμεῖς γάρ που δί-
καιοί ἐσμεν, σώσαντές σε, κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον·
καὶ, ἐὰν δέῃ, ἔτι τούτου μείζω. ἀλλ' ἐμοὶ πείθου, καὶ μὴ
ἄλλως ποίει. ΣΩ. Καὶ ταῦτα προμηθοῦμαι, ὦ Κρίτων, καὶ
ἄλλα πολλά. ΚΡ. Μήτε [2] τοίνυν ταῦτα φοβοῦ· καὶ γὰρ c.
οὐδὲ πολὺ τἀργύριόν ἐστιν, ὃ θέλουσι λαβόντες τινὲς σῶσαί
σε καὶ ἐξαγαγεῖν ἐνθένδε· ἔπειτα οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς
συκοφάντας, ὡς εὐτελεῖς, καὶ οὐδὲν ἂν δέοι ἐπ' αὐτοὺς πολ-
λοῦ ἀργυρίου; σοὶ δὲ ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἐγῷ-
μαι, ἱκανά· ἔπειτα καὶ εἴ τι ἐμοῦ κηδόμενος οὐκ οἴει δεῖν
ἀναλίσκειν τἀμὰ, ξένοι οὗτοι ἐνθάδε [3] ἕτοιμοι ἀναλίσκειν·
εἷς δὲ καὶ πεκόμικεν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀργύριον ἱκανὸν, Σιμ-
μίας ὁ Θηβαῖος· ἕτοιμος δὲ καὶ Κέβης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ
πάνυ. ὥστε, ὅπερ λέγω, μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς [4] d.
σαυτὸν σῶσαι, μήτε, ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικαστηρίῳ [5], δυσχερές
σοι γενέσθω, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελθὼν ὅ,τι χρῷο σεαυτῷ.
πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε [6] ὅποι ἂν ἀφίκῃ ἀγαπήσουσί

am αἰσχύνει et ἐντρέπει ex eodem Prisciano notatam habes. Nam quod Krehlius utrobique communem formam reposuit, id neminem morabitur: cum Putschius alteram nisi e codd. profecto non intrusisset. Quin ipse Krehlius altero loco (pag. 204. item 205.) formam ἐντρέπει obiter et aliud agens e codd. affert: ut appareat post hunc quoque editorem codd. omnes ad restituendos Prisciani libros iterum conferendos esse.

[2] Sic pro μή Be. ex optimis. Nimirum interrumpitur statim sermo, qui mox resumitur (d.) hisce, ὥστε — μήτε ταῦτα φοβούμενος —.

[3] Peregrini *ecce* hic adsunt. Vid. Abresch. ad Aeschyl. 2. p. 292. *JACOBS.* Gramm. §. 127 (114.), 1. Non tamen istud *ecce* ita intelligendum quasi huic colloquio intersint illi; sed de degentibus in urbe, quosque fere quotidie videbat, quasi de praesentibus loquitur Crito.

[4] Dubitabat Jacobsius de sinceritate hujus scripturae, quoniam nullum plane evadendi desiderium in Socrate appareret. Sed Crito, non acutissimus sane Socratis observator, quin tale desiderium hujus etiam animum insedisset, nihil dubitabat.

[5] Vid. Apolog. p. 37. c. d.

[6] Nota hoc genus grammaticae *Attractionis*. Verbum enim ἀγαπήσουσί σε requirebat

σε, ἐὰν δὲ βούλῃ εἰς Θετταλίαν ἰέναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἳ σε περὶ πολλοῦ ποιησονται, καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται, ὥςτε σε μηδένα λυπεῖν τῶν κατὰ Θετταλίαν. ἔτι δὲ, ὦ Σώκρατες, οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι· καὶ τοιαῦτα σπεύδεις [1] περὶ σαυτὸν γενέσθαι, ἅπερ ἂν καὶ οἱ ἐχθροί σου σπεύσαιέν τε καὶ ἔσπευσάν σε διαφθεῖραι βουλόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τοὺς υἱεῖς τοὺς σαυτοῦ ἔμοιγε δοκεῖς προδιδόναι, οὓς σοι ἐξὸν καὶ ἐκθρέψαι καὶ ἐκπαιδεῦσαι, οἰχήσει καταλιπών, καὶ τὸ σὸν μέρος, ὅ,τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πραξουσι· τεύξονται δὲ, ὡς τὸ εἰκὸς, τοιούτων οἷάπερ εἴωθε γίγνεσθαι ἐν ταῖς ὀρφανίαις περὶ τοὺς ὀρφανούς. ἢ γὰρ οὐ χρὴ [2] ποιεῖσθαι παῖδας, ἢ ξυνδιαταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα. σὺ δέ μοι δοκεῖς τὰ ῥᾳθυμότατα αἱρεῖσθαι. χρὴ δὲ, ἅπερ ἂν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀνδρεῖος ἕλοιτο, ταῦτα αἱρεῖσθαι, φάσκοντά γε δὴ ἀρετῆς διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐπιμελεῖσθαι. ὃς ἔγωγε καὶ ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἐπιτηδείων αἰσχύνομαι, μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σὲ ἀνανδρίᾳ τινὶ τῇ ἡμετέρᾳ πεπρᾶχθαι· καὶ ἡ εἴσοδος τῆς δίκης [3] εἰ

bat ἀλλαχοῦ ut modo πολλαχοῦ: sed ob interjectum hic proxime contiguum ὅποι praelata est, quae huic respondet, forma ἄλλοσε. Vid. Gramm. §. 153 (138), I, 4.

[1] Sic codd. longe plurimi; quod propter negligentiam juncturae displicuisse videtur Stephano qui reposuit σπεῦδειν, quod est in Ven. Ξ, quodque sequitur Ficini interpretatio: *si — te ipsum perdas, taliaque facere studeas* —. Conf. supra Men. 6. not. 9. Nostro autem loco καὶ vertere licet *quippe qui* —. Aliquanto inferius formam οἰχήσει dedit Clark.

[2] Sic Clark. Ven. Π et alii e praestantioribus, quos quoniam alibi sequimur hic quoque nefas erat relinquere. Vulgatum χρῆν rem refert ad Socratem solum, χρή sententiam efficit communem, cui melius, puto, respondet proximum σὺ δέ.

[3] Vocabulum hoc Ficinus omittit (*et primum quidem ille tunc in judicium ingressus, cum liceret non ingredi*), unde Förster illud e proximis huc migrasse affirmabat; perperam. Etenim cum causa, ἡ δίκη, εἰσιέναι dicitur (v. Casaub. ad Theoph. Char. 14.) quidni εἴσοδος eodem modo? Verba autem ὃς εἰσῆλθες addita sunt interpretationis causa, ut mox ὡς ἐγένετο. *FISCH.* Duo, qui proxime sequuntur similes Genitivi ἀγὼν τῆς δίκης — κατάγελως τῆς πράξεως suppetias ferre videntur illi quoque εἴσοδῳ τῆς δίκης; cui statim subjungitur ὡς εἰσῆλθες ut diversum aliquanto. Nam causae quidem ingressum impedire Socrates non potuerat. *SCHLEIERM.*

το δικαστήριον ὡς εἰσῆλθες, ἔξὸν μὴ εἰσελθεῖν [4]· *καὶ αὐτὸς*
ὁ ἀγὼν τῆς δίκης ὡς ἐγένετο· καὶ τὸ τελευταῖον δὴ τουτὶ,
ὥσπερ κατάγελως τῆς πράξεως [5]*, κακίᾳ τινὶ καὶ ἀνανδρίᾳ*
τῇ ἡμετέρᾳ διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν [6]*, οἵτινές σε οὐχὶ*
46. *ἐσώσαμεν, οὐδὲ σὺ σαυτὸν οἰόντε ὂν καὶ δυνατὸν, εἴ τι καὶ*
σμικρὸν ἡμῶν ὄφελος ἦν. ταῦτ' οὖν, ὦ Σώκρατες, ὅρα μὴ e.
ἅμα τῷ κακῷ καὶ αἰσχρὰ ᾖ σοί τε καὶ ἡμῖν. ἀλλὰ βουλεύου. μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβου-

ERM. Legitur quidem *εἰσῆλθεν* in codd. opt. Clark. et Ven. *Π*, sed in illo superscriptum ς. Neque sequens *ἐξὸν* bene hic subjungeretur tertiae personae verbo. Recte autem dici *εἰσελθεῖν* et de lite et de litigantibus, e Demosthene satis notum. Vid. Mid. 23. 24. 47. Itaque circa causae ingressum, quae impediri non poterat, ex mente Critonis in eo peccatum erat, quod comparuerat Socrates.

[4] *ἐξὸν μὴ εἰσ.* Respicit fortasse ad legem a Lysia [ed. Reisk. p. 359.] laudatam: *δεδιότα δίκης ἕνεκα δρασκάζειν, licere reo, causae suae diffidenti, fuga se subtrahere.* Nisi malis ad Anytum referre, qui, teste Libanio (to. 1. p. 644.), postquam accusationem contra Socratem instituisset, in gratiam cum eo, pactis quibusdam condicionibus, redire volebat. *FORST.*

[5] Hoc totum velut ad fabulam aliquam relatum accipiendum est, comoediam videlicet aut tragoediam, quae tres partes habet, *πρότασιν, ἐπίτασιν, καταςροφήν*: ita ut sit ingressus ad judicium *πρότασις*, causae vero actio *ἐπίτασις*, et postremo quod non servatus sit Socrates *catastropha*, quae hic a Platone *κατάγελως* dicitur [v. Ind.]. *CORNAR.*

[6] Sermo anacoluthus: nam *δοκεῖν* debebat abesse, ut Infinitivus *διαπεφευγέναι* penderet a verbis *μὴ δόξῃ*. Sed animus commotus non sinit se legum grammaticarum vinculis astringere. *FISCHER.* Mihi haec anacoluthia semper visa est talis qualem animi commotio vix excuset. Quamvis enim dicas, infinitivo hoc *δοκεῖν* per anacoluthiam repeti illud *μὴ δόξῃ*; vel sic tamen Infinitivus videtur pendere debere a verbo quodam mente loquentis concepto: quale per sensum non facile comminiscaris nisi *φοβοῦμαι*, cui aptus Infinitivus non est. Neque tamen, quod olim conjeceram, *δοκεῖ*, nunc satisfacit, cum futurum potius requiratur, quod et expressit Ficinus: *per ignaviam segnitiemque nostram effugisse nos videbitur.* Sed futurum nemo, opinor, emendando hic procudere volet. Itaque cogimur sane anacoluthiam paulo duriorem agnoscere: quae et Ullrichii est sententia, comparantis admodum similem locum in Alcib. II. 17. extr. ubi *δοκεῖν* itidem positum est velut pendens a superiori *δοκεῖς*, ut hic a *μὴ δόξῃ*. Et vide quae observavimus ad Men. 22. a. — In seq. ex optimis editum *οὐχὶ ἐσ.*: olim *οὐ δισσ.* quod duo tantum habent mss.: plurimi *οὐκ ἐσ.*

[7] Sic

λεῦσθαι. μία δὲ βουλή. τῆς γὰρ ἐπιούσης νυκτὸς πάντα ταῦτα δεῖ πεπρᾶχθαι. εἰ δέ τι περιμενοῦμεν [7], ἀδύνατον καὶ οὐκέτι οἷόν τε. ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ, ὦ Σώκρατες, πείθου μοι, καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποίει.

6 ΣΩ. Ὦ φίλε Κρίτων, ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία, εἰ μετά τινος ὀρθότητος εἴη· εἰ δὲ μή, ὅσῳ μείζων, τοσούτῳ χαλεπωτέρα. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε ταῦτα πρακτέον εἴτε μή. ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν [1] μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ
b. ὃς ἂν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. τοὺς δὲ λόγους, οὓς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔλεγον, οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν [2], ἐπειδή μοι ἥδε ἡ τύχη γέγονεν· ἀλλὰ σχεδόν τι ὁμοιοι φαίνονταί μοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω [3] καὶ τιμῶ, οὕσπερ
c. καὶ πρότερον. ὧν ἐὰν μὴ βελτίω ἔχωμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι, εὖ ἴσθι ὅτι οὐ μή σοι ξυγχωρήσω, οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται δεσμοὺς [4] καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα αὐτά; εἰ πρῶτον μὲν τοῦτον τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν [5], ὃν σὺ λέγεις τὸν περὶ [6] τῶν δοξῶν, πότερον καλῶς ἐλέγετο ἑκά-

[7] Sic codd. opt. pro vulg. εἰ δὲ π.: sed Ficinus videtur legisse εἰ δ' ἔτι, vertit enim, *si autem ultra tardamus.*

[1] Vid. Ind. ἐμός.

[2] Eusebius — apud quem in Praep. Euang. 13, 6. p. 651. legitur locus: ὦ φίλε Κρίτων, init. §. 6. usque ad verba: καὶ τῶν ἐναντίων §. 8. — habet ἐκβάλλειν.

[3] Vid. Ind.

[4] Euseb. δεσμούς τε καὶ θαν. — Constructio: ἂν ἡ τῶν πολλῶν δύναμις μορμολύττηται ἡμᾶς, ἐπιπέμπουσα πλείω, δεσμοὺς κ. τ. λ.

[5] Vid. Ind.

[6] Vox λόγον hic non indicat integram aliquam Critonis ratiocinationem; sequitur enim πότερον καλῶς ἐλέγετο ἑκάστοτε· sed *locum, quaestionem* (*die Materie*) de opinionibus. Respicit enim Socrates ea, quae de hominum opinione metuenda sibi dixerat Crito §. 3. In hunc autem sensum praeferenda utique fuit lectio Eusebiana τὸν περὶ τ. δ. *Si illam primum, quam tu attigisti quaestionem, quae est de opinionibus, retractemus* (*videamusque*) *an recte semper statuerimus* etc. Libri Platonis omittunt art. τόν. — Verbis autem πρῶτον μὲν hic quidem nihil respondet, sed repetuntur ea infra §. 8. (ἆρα πρῶτον μὲν) statimque altera ibi quaestio subjungitur per ἀλλὰ μὲν δή.

[7] Ver-

ςοτε, ἢ οὔ [7], ὅτι ταῖς μὲν δεῖ τῶν δοξῶν προσέχειν τὸν
νοῦν, ταῖς δὲ οὔ· ἢ πρὶν μὲν ἐμὲ δεῖν ἀποθνήσκειν, καλῶς
ἔλέγετο, νῦν δὲ κατάδηλος ἄρα ἐγένετο, ὅτι ἄλλως ἕνεκα
λόγου ἐλέγετο [8], ἦν δὲ παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς.
ἐπιθυμῶ δ' ἔγωγε ἐπισκέψασθαι, ὦ Κρίτων, κοινῇ μετὰ σοῦ, d.
εἴ τί μοι ἀλλοιότερος φανεῖται, ἐπειδὴ ὧδε ἔχω, ἢ ὁ αὐτός,
καὶ ἐάσομεν χαίρειν, ἢ πεισόμεθα αὐτῷ. ἐλέγετο δέ πως,
ὡς ἐγῷμαι, ἑκάστοτε ὧδε ὑπὸ τῶν οἰομένων τι λέγειν, ὥσπερ
νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον· ὅτι τῶν δοξῶν, ἃς οἱ ἄνθρωποι δοξά-
ζουσι, δέοι τὰς μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, τὰς δὲ μή. τοῦ- e.
το πρὸς θεῶν, ὦ Κρίτων, οὐ δοκεῖ καλῶς σοι λέγεσθαι;
σὺ γὰρ, ὅσα γε τἀνθρώπεια, ἐκτὸς εἶ τοῦ μέλλειν ἀποθνή-
7. σκειν ἄριον, καὶ οὐκ ἄν σε παρακρούοι ἡ παροῦσα ξυμ-
φορά. σκόπει δή. οὐχ ἱκανῶς δοκεῖ σοι λέγεσθαι, ὅτι οὐ f.
πάσας χρὴ τὰς δόξας τὰς τῶν ἀνθρώπων [9] τιμᾶν, ἀλλὰ
τὰς μὲν, τὰς δ' οὔ; οὐδὲ πάντων, ἀλλὰ τῶν μὲν, τῶν δ'
οὔ; τί φῄς; ταῦτα οὐχὶ καλῶς λέγεται; ΚΡ. Καλῶς. ΣΩ.
Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς τιμᾶν, τὰς δὲ πονηρὰς μή; ΚΡ.
Ναί. ΣΩ. Χρησταὶ δὲ οὐχ αἱ τῶν φρονίμων, πονηραὶ δὲ
αἱ τῶν ἀφρόνων; ΚΡ. Πῶς δ' οὔ; ΣΩ. Φέρε δὴ, πῶς 7
αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο; γυμναζόμενος ἀνὴρ καὶ τοῦτο πράτ-
των, πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ καὶ δόξῃ
τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἑνὸς μόνου ἐκείνου ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰα-
τρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν; ΚΡ. Ἑνὸς μόνου. ΣΩ. Οὐκοῦν
φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους καὶ ἀσπάζεσθαι τοὺς ἐπαίνους
τοὺς τοῦ ἑνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν; ΚΡ.
Δηλαδή. ΣΩ. Ταύτῃ ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον, b.
καὶ ἐδεστέον γε [1] καὶ ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ
καὶ ἐπαΐοντι μᾶλλον ἢ ᾗ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. ΚΡ. Ἔστι

[7] Verba ἢ οὔ non spectant ad ἑκάστοτε· eo enim pertinent, quae sequuntur mox, ἢ πρὶν μὲν κ. τ. λ. — sed ad καλῶς. Tria igitur ponuntur: bene, an non bene, an denique antea quidem bene, nunc autem male. Postremum hoc cum leni quadam irrisione profert Socrates, quam qui non statim sentirent nodum in sirpo quaesiverunt.

[8] V. Ind. ἄλλως.

[9] Alterum τὰς cum Wolfio inserui e Vind. 2. et ex Eusebio.

[1] Vid. de tali γέ, quod novam classem in serie aliqua constituit, Heind. ad Hipp. maj. 47.

[2] Ita

ταῦτα. ΣΩ. Εἶεν. ἀπειθήσας δὲ τῷ ἑνὶ, καὶ ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν λόγους [2] καὶ μηδὲν ἐπαϊόντων, ἆρα οὐδὲν κακὸν πείσεται; ΚΡ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τί δ' ἔστι τὸ κακὸν τοῦτο, καὶ ποῖ τείνει, καὶ εἰς τί τῶν τοῦ ἀπειθοῦντος; ΚΡ. Δῆλον ὅτι εἰς τὸ σῶμα. τοῦτο γὰρ διόλλυσι. ΣΩ.
c. Καλῶς λέγεις. οὐκοῦν καὶ τἆλλα, ὦ Κρίτων, οὕτως, ἵνα μὴ πάντα διίωμεν. καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων [3] καὶ ἀδίκων, καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, περὶ ὧν νῦν ἡμῖν ἔστιν ἡ βουλὴ, πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, καὶ φοβεῖσθαι αὐτὴν, ἢ τῇ τοῦ ἑνὸς, εἴ-
8 τις ἔστιν ἐπαΐων, ὃν δεῖ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βελτιον ἐγίγνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο [4]; ἢ οὐδέν ἐστι τοῦ-
8 το; ΚΡ. Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες [5]. ΣΩ. Φέρε δὴ, ἐὰν τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγιεινοῦ μὲν βέλτιον γιγνόμενον, ὑπὸ τοῦ νοσώδους δὲ διαφθειρόμενον, διολέσωμεν πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ [1], ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἔστι διεφθαρμένου αὐ-

[2] Ita Codd. Clark. Ven. *Π*, Tub. alii. Vulgo deest *λόγους*.

[3] Apud Theodoret. — in cujus *Ἕλλην. παθημ. θεραπ.* 2. p. 27. locus hic inde a *καὶ δὴ καὶ* legitur usque ad *ἀπώλλυτο* — est *τῶν δικαίων τε καὶ ἀδ.*

[4] Horum Imperfectorum rationem hanc memini redditam, significari illis dicta quaedam in colloquiis temporum superiorum, quibus et Crito interfuerit, quaeque hoc capite maxime respiciantur: v. §. 6. b. sqq. Sensus itaque foret hic fere, „pessumdabimus id, quod in sermonibus illis nostris *dicebamus* justo melius fieri etc." De qualibus Imperfectis vide supra Meno. 25. not. 1. Sed illis quidem respiciuntur fere sermones paullo ante ab iisdem interlocutoribus habiti. Ex emplis vero, quale hoc est, quo colloquia pridem habita in superioribus vix memorata hac sola temporis forma indicentur, aliis destituor. Tamen in hac explicatione nunc acquiesco, neque e lectione Theodoreti, *ἐγίνετο — ἀπόλλυται*, veriorem scripturam expiscari amplius experiar.

[5] v. Ind. *οἶσθα*.

[1] Ficinus vertit: *imperitorum potius, quam peritorum secuti judicia*, non male. Est enim hoc loco quoddam Synchyseos sive Hyperbati (Schol. Aristoph. Plut. 259.) genus pro *τῇ τῶν μὴ* —, cujus exemplum simile habet Xenoph. Memor. 3, 9, 6. *τὸ δὲ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν καὶ μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας ἐλογίζετο εἶναι* — pro *καὶ ἃ μὴ οἶδε*. *FISCH.* Rectius, ut nunc mihi videtur,

τοῦ; ἔχει δέ που τοῦτο σῶμα [2]· ἢ οὐχί; ΚΡ. Ναί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν βιωτὸν ἡμῖν ἔσται μετὰ μοχθηροῦ καὶ διεφθαρμένου σώματος; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα b.
ἡμῖν βιωτὸν διεφθαρμένου ὄ [3] τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν; ἢ φαυλότερον ἡγούμεθα εἶναι τοῦ σώματος ἐκεῖνο, ὅ,τι ποτ' ἐστὶ τῶν ἡμετέρων, περὶ ὃ ἥ τε ἀδι-
48. κία καὶ ἡ δικαιοσύνη ἔστιν; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Ἀλλὰ τιμιώτερον; ΚΡ. Πολύ γε. ΣΩ. Οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ c.
ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, ὅ,τι [4] ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλ' ὅ,τι ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. ὥστε πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰσηγεῖ, εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν περὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. ἀλλὰ μέν δή, φαίη γ' ἄν τις, οἶσθα γ' εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολ- d.
λοὶ ἀποκτιννύναι· δῆλα δὴ καὶ ταῦτα. ΚΡ. Φαίη γὰρ ἄν, ὦ Σώκρατες [5]. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε,

tur, utroque loco post rem per *μή* negatam, alterum membrum cogitatione suppletur per *ἀλλά*: apud Platonem, *ἀλλὰ τῇ τῶν μὴ ἐπαϊόντων*, apud Xenophontem, *ἀλλ' ἃ μὴ οἶδεν*. Atque in hunc sensum etiam *E. R. Lange* (in Specim. crit. in Critonem Lips. 1821. 8°.) Platonis locum explicuit: alterum autem Xenophontis ita corrigendum putat idem, ut, contra codices, novissimi nunc editores fecerunt, *ἃ μὴ οἶδε*. Et hoc quidem non recte factum esse non haesitanter pronuntio. At si quis neque in Fischeri neque in nostra ratione acquiescat; sed quae mente supplenda esse diximus, librariorum utrobique vitio, *ob homoeoteleuton excidisse* contenderit, is me adversarium non habebit.

[2] Fischer et Bekker *τοῦτο τὸ σῶμα*: quod quanquam in optimis codd. Clark. Ven. *Π*, Tub. aliis inventum est, levem tamen in talibus, quale est *τὸ* post *τοῦτο*, vel optimorum codicum auctoritatem puto. Et facilius bis a librario legitur simplex syllaba *το*, quam omittitur ubi duplicata est. Legitimum autem esse in talibus neglectum articuli vidimus in Menone §. 7. d.

[3] Libri Platonis habent ᾧ. Sed Euseb. ὅ, ut Stephanus legendum conjecerat, recte. Nam et verbum *λωβᾶται*, et verbum *ὀνίνησιν* requirit hunc casum. Restituimus igitur. *FISCH.* Probum quidem esse *λωβᾶσθαί τινι* docet Phrynichus Bekkeri p. 50. sed hic utique praeferenda lectio Euseb. quam et dant codd. aliquot Stallbaumii, cuique coit usus verbi *ὀνίνησιν*, et ipsius *λωβᾶσθαι* §. 7.

[4] Codd. optimi *τί*. Quod probum esse potest non obstante forma ὅ,τι in altero membro.

[5] Haec est constans librorum omnium lectio. Sed cum Ficinus ultima Socratis verba

οὗτός τε ὁ λόγος ὃν διεληλύθαμεν, ἔμοιγε δοκεῖ ἔτι ὁμοίως εἶναι καὶ πρότερον [6]· καὶ τόνδε δὲ αὖ σκόπει, εἴ σοι ἔτι μένει ἡμῖν, ἢ οὔ, ὅτι οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν. ΚΡ. Ἀλλὰ μένει. ΣΩ. Τὸ δὲ εὖ καὶ καλῶς καὶ δικαίως ὅτι ταυτόν ἐστι, μένει ἢ οὐ μένει; ΚΡ. Μένει.

9 ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκ τῶν ὁμολογουμένων τοῦτο σκεπτέον, πότερον δίκαιον ἐμὲ ἐνθένδε πειρᾶσθαι ἐξιέναι, μὴ ἀφιέντων [1] Ἀθηναίων, ἢ ο�ὐ δίκαιον· καὶ ἐὰν μὲν φαίνηται δίκαιον, πειρώμεθα· εἰ δὲ μή, ἐῶμεν. ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς σκέψεις περί τε χρημάτων ἀναλώσεως καὶ δόξης καὶ παίδων τροφῆς, μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὦ Κρίτων, σκέμματα ᾖ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἄν [2], εἰ οἷόι-
b. τε ἦσαν, οὐδενὶ ξὺν νῷ τούτων τῶν πολλῶν. ἡμῖν δ', ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτως αἱρεῖ [3], μὴ οὐδὲν ἄλλο σκεπτέον ᾖ, ἢ ὅπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πότερον δίκαια πράξομεν καὶ χρήματα τελοῦντες τούτοις τοῖς ἐμὲ ἐνθένδε ἐξάξουσι καὶ χάριτας [4], καὶ αὐτοὶ ἐξάγοντές τε καὶ ἐξαγόμενοι, ἢ τῇ ἀλη-

verba cum Critonis conflata ita expressisset: *Nimirum dici id potest*, o. S., Cornarius graeca ita constituit: *ΚΡ. Δηλαδὴ καὶ ταῦτα φαίη γ' ἄν τις, ὦ Σ.* quod in textum recepit Stephanus et post eum alii. Atqui deterrere eos debebat optima illa affirmandi forma per *γάρ* (vid. Ind.), quam unice aptam superioribus fortuito errori scilicet tribuebant illi. Retinenda igitur scriptura codicum et disjuncte scribendum *δῆλα δή*. Vide Heindorfium ad Protag. init. optime docentem quando bona et utilis sit scriptura *δηλαδή*, quando non item. Ita non recte scribitur et distinguitur in Aristophanis Vespis 441.

Εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά
Δηλαδή; καὶ νῦν γε τούτῳ τὸν παλαιὸν δεσπότην
Πρὸς βίαν χειροῦσιν.

cum sola vera sit ratio haec:

Εἶτα δῆτ' οὐ πόλλ' ἔνεστι δεινὰ τῷ γήρᾳ κακά;
Δῆλα δή. καὶ νῦν γε τούτῳ κ. τ. λ.

Respici autem hoc nostro loco verba Critonis §. 3. c. monuimus ibi.

[6] De hoc loco qui inde a Stephano sic legebatur, *οὗτός γε ὁ λ. — δοκεῖ ὅμοιος εἶναι τῷ πρότερῳ*, vid. Excursum ad h. lib. primum.

[1] Cod. Tub. *ἐφιέντων, permittentibus.* Vid. ad Alcib. I. 5. extr.

[2] v. Ind. in *ἄν*.

[3] v. Ind. *λόγος*.

[4] Verbum *τελεῖν* tantum nomini *χρήματα* accommodatum est, non item nomini *χάριτας*: nam *χάριν ἔχειν* dicitur et *εἰδέναι* et *προσειδέναι* et *ἀποδιδόναι*, etiam *ἐκτίνειν*, non *χάριν*

θείᾳ ἀδικήσομεν ταῦτα πάντα ποιοῦντες. κἂν φαινώμεθα c.
ἄδικα αὐτὰ ἐργαζόμενοι, μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι οὔτ' εἰ
ἀποθνήσκειν δεῖ παραμένοντας καὶ ἡσυχίαν ἄγοντας οὔτε
ἄλλο ὁτιοῦν πάσχειν πρὸ τοῦ ἀδικεῖν. ΚΡ. Καλῶς μέν μοι
δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες· ὅρα δὲ τί δρῶμεν. ΣΩ. Σκο- d.
πῶμεν, ὦ ᾽γαθὲ, κοινῇ. καὶ εἴ πῃ ἔχεις ἀντιλέγειν ἐμοῦ λέ-
γοντος, ἀντίλεγε, καί σοι πείσομαι· εἰ δὲ μή, παῦσαι ἤδη,
ὦ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς χρὴ
ἐνθένδε ἀκόντων ᾽Αθηναίων ἐμὲ ἀπιέναι. ὡς ἐγὼ περὶ πολ-
λοῦ ποιοῦμαι πεῖσαί σε ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ μὴ ἄκοντος [b].

ρὶν τελεῖν. Sed unum verbum etiam a Graecis addi solet pluribus nominibus, quod eorum uni, cui adjunctum est, proprie respondeat, cujus tamen notio tam late pateat, ut contineat notiones etiam verborum, quae ceteris nominibus proprie respondeant. *FISCH.* In scholiis ad h. l. notatur: *Χρήματα πράττοντες*] *ἀπὶ τοῦ, τελοῦντες*, quasi lectum fuerit etiam *πράττοντες*: per errorem haud dubie.

[b] In impedito hoc loco nihil agere possum nisi ut varias variorum rationes apponam, quarum quaeque tamen suo incommodo premitur. Si liceat verbum *πράττειν*, ut saepius *ποιεῖν*, dictum accipere loco cujuscunque verbi vel dictionis repetendae (v. ad Alc. II. 13. not. 4.), hic igitur pro *παύεσθαι κ. τ. λ.*, genitivum *ἄκοντος* excusaverim exemplis mutatae constructionis qualia Dorvillius protulit ad Charit. p. 354. Lips. cf. ad Men. 22. n. 1. Fuerit itaque *πείθειν τινὰ παύεσθαι, ἄκοντος αὐτοῦ* „persuadere alicui ut desinat, ita tamen ut de injustitia actionis dissuasae non simul persuasum sit illi". Quin faciliorem hanc rationem reddas adoptanda lectione codicis Vind. 2. *ἄκοντα*. Certe satis est notum quam sollemnis sit in codd. permutatio syllabarum ος et α: vid. Ind. ad Greg. Cor. Schaeferi. Cujus sermonis insolentia si displicet, aliam rationem ineas consulto Ficino, qui habet: *multi facio, persuaso te hoc agere, non autem invito*: hunc enim ille sensum efficere non potuit nisi aut invenit aut correxit ita: *πεισας σε ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ μὴ ἄκοντος* (sc. *σοῦ*). Ita tamen non minus insolenter *πράττειν* dictum esset de Socrate *fugam recusante*. Heindorfius conjiciebat *πεισαντά σε*, ut sit „persuadendo (mihi) te hoc agere, non vero invito me". Wolfius vulgatam ita latine reddidit. „Nam ego magnum ducam, si persuaseris mihi ita facere, modo ne nolenti!" neque aliter Schleiermacher. In quarum rationum utraque mihi quidem non e persona Socratis esse videtur istud *περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι*: quod indicativi modi verbum verum votum eloquitur, non id quod dicere fortasse poterat idem, *περὶ πολλοῦ ἂν ποιοίμην εἰ πείσειας* —. Denique Sallierus emendabat *παῦσαι* pro *πεῖσαι*: neque sine exemplis est infinitivus post verbum *παύειν* (v. Steph. Thes. III. 303. c. d.). Quam rationem si conjungas cum lectione memorata

ὅρα δὲ δὴ τῆς σκέψεως τὴν ἀρχήν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγηται, καὶ πειρῶ ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον, ἥ ἂν μάλιστα οἴῃ. p.
10 ΚΡ. Ἀλλὰ πειράσομαι. ΣΩ. Οὐδενὶ [1] τρόπῳ φαμὲν ἑκόντας ἀδικητέον εἶναι; ἢ τινὶ μὲν ἀδικητέον τρόπῳ, τινὶ δὲ οὔ; ἢ οὐδαμῶς τόγε ἀδικεῖν οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε καλὸν, ὡς πολλάκις ἡμῖν καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ὡμολογήθη; ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο [2]. ἢ πᾶσαι ἡμῖν ἐκεῖναι αἱ πρόσθεν ὁμολογίαι ἐν ταῖσδε ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ἐκκεχυμέναι εἰσὶ, καὶ πάλαι, ὦ Κρίτων, ἄρα τηλικοίδε γέροντες ἄνδρες πρὸς ἀλλήλους σπουδῇ διαλεγόμενοι ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παί-
b. δων οὐδὲν διαφέροντες; ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥσπερ τότε ἐλέγετο ἡμῖν, εἴτε φασὶν οἱ πολλοὶ, εἴτε μή; καὶ εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν, εἴτε καὶ πραότερα, ὅμως τόγε ἀδικεῖν τῷ ἀδικοῦντι καὶ κακὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνει ὂν παντὶ τρόπῳ [3]; φαμὲν, ἢ οὔ; ΚΡ. Φαμέν. ΣΩ.
c. Οὐδαμῶς [4] ἄρα δεῖ ἀδικεῖν. ΚΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οὐδὲ

rata ἄκοντα; sensum certe bonum fundant ista: περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι παῦσαί σε ταῦτα πράττειν ἀλλὰ μὴ ἄκοντα, et πράττειν optime dictum sit de Critone hoc *agente* ut Socratem quoquo modo ad fugam compellat. Sed est aliquid molesti in his „*desine* —: nam ego magnum ducam, te *desinere* —". Itaque equidem redeo ad rationem primo loco a me propositam.

[1] Totum hoc caput usque ad vocem ποιητέον legitur in Eusebii Praep. Euang. 13, 7. — De Verbali in τέον cum Accus. Subjecti (ἑκόντας ἀδικητέον) vid. Gramm. §. 134. (121.) Obs. 4. — Denique de turbis quas editores olim fecerant in his ἢ τινὶ μὲν κ. τ. ἑ. vid. Excurs. II.

[2] Incultus sermo: ὡς πολλάκις — ὡμολογήθη· ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο. Quare Heindorfius, indicio lectionis Eusebianae, ubi est μὲν pro ἡμῖν, post πολλάκις emendare conabatur ὡς πολλάκις μὲν ἡμῖν — ὡμολογήθη, ἀτὰρ καὶ — Ego per annos aliquanto religiosior factus, tanto quidem quanto olim opere hanc conjecturam non commendo: sed in vulgata non magis hodie acquiesco, sive majorem ante ὅπερ sive minorem interpunctionem ponas. Sed fortasse non negligenda lectio quae in quibusdam codd. verbo ἐλέγετο superscripta est, ἐγένετο. Ita ὅπερ referendum foret ad solum verbum ὡμολογήθη. Respicere autem videtur Socrates dicta supra §. 8. extr. et §. 9. c.

[3] Sic optimi et plurimi cum Eusebio et Stobaeo (apud quem in Eclog. Eth. 10. p. 129. sunt verba hujus capitis ὅμως τόγε ἀδικεῖν usque ad ἀλλήλων τὰ βουλεύματα). Stephanus cum parte codd. τυγχάνειν ὄν, pendens a seq. φαμέν: quod expressit etiam Ficinus.

[4] Extat hic locus usque ad πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν ap. Origenem

ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν. KP. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Τί δαὶ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; KP. Οὐ δεῖ δῆπου, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τί δαί [5]; ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι [6], δίκαιον, ἢ οὐ δίκαιον; KP. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Τὸ γάρ που κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. KP. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Οὔτε d. *ἄρα [7] ἀνταδικεῖν δεῖ, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν [8]. καὶ ὅρα, ὦ Κρίτων, ταῦτα καθομολογῶν [9] ὅπως μὴ παρὰ δόξαν ὁμολογῇς. οἶδα γὰρ ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. οἷς οὖν οὕτω [10] δέδοκται καὶ οἷς μὴ, τούτοις οὐκ ἔχει κοινὴ βουλὴ, ἀλλ' ἀνάγκη τούτους ἀλλήλων καταφρονεῖν, ὁρῶντας τὰ* e. *ἀλλήλων βουλεύματα. σκόπει δὴ, οὖν καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ ξυνδοκεῖ σοι, καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν βουλευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ*

nem contra Cels. 7. p. 370. et ap. Theodoret. *Θ. Π.* 12. p. 171. inque eorum codd. nonnullis verbum *δεῖ* infra in his *Οὐ δεῖ δῆπου* non inventum est. Vid. Fischer.

[5] Vulgo *δέ*. Et mirabar quid accidisset quod hic potissimum e nullo codice enotatum sit illud *δαί*, de quo vid. ad Men. 2. not. 7. Itaque E. R. Langio e Trincavelliana Stobaei editione hanc formam subjicienti et recte commendanti lubens obsecutus sum.

[6] *ὡς οἱ πολλοί φασι*. Archilochi haec sententia, cujus verba sunt ap. Theophil. ad Autol. 2, 37.:

Ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα,
Τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς
ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

Quem secuti sunt veterum plurimi. Ita et Gorgias viri virtutem ponebat in hoc *ἱκανὸν εἶναι τὰ τῆς πόλεως πράττειν, καὶ πράττοντα τοὺς μὲν φίλους εὖ ποιεῖν, τοὺς δ' ἐχθροὺς κακῶς* (Meno. 3.). *JACOBS.*

[7] Theodoret. *οὔτε οὖν ἄρα* bene. *FISCH.*

[8] Eusebius et Theodoretus inserunt *τις* post *πάσχῃ*, quod recte neglexit Fischer. Vid. ad Men. 12. b.
